



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesv Christi Homeliae quinquaginta sex, Theoremata  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.  
Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIII**

[In Theoremata Atqve Conciones XVII.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

# D. IOANNIS IVSTI LANSBERGII CARTHVSIA-

NI, IN THEOREMATA ATQVE CONCIO-  
NES XXVII. BENEFICIORVM A CHRISTO

IESV humanae genti collatorum, & è diuerso  
eorum quæ ab eadem gente recepit  
malefactorum.

## PRÆFATIO.

Ingratitudo  
Iudæorum  
erga Chri-  
stum quanta



Exod. 23.  
Deut. 9. 10. 31.  
Ezech. 2.

VLTA bona opera ostendi vobis ex  
patre meo, propter quod eorum opus  
me lapidatis? Ioan. 10. His verbis Iu-  
dæorum genti Dominus noster Iesus Chri-  
stus odiosam eorum obijcit ingratitude-  
m, qui post recepta ab eodem multa beneficia,  
post auxilia, protectiones, liberationes, di-  
gnitates, prærogativas, aliâque multa, quibus gentem vniuersam  
nationibus cunctis prætulera: ingrati tamen semper persiste-  
runt, adeo vt etiam Mosi tempore populus duræ ceruicis,  
contentiosus, atque à Propheta domus exasperans vocati  
sint: nouissimeque dum Deus Dei filius, ex eorum semine secun-  
dum carnem est natus, dum idem ipse benefactor & eorum  
dominus ad illos venit, ostendens viam eis salutis, erudiens  
verbo iuxta ac vitæ exemplo, atque quo eos ad spiritualia eter-  
naq. querenda inuitaret, postquam temporalia corporaliaque be-  
neficia multa prærogauit, sanans infirmos, mortuos resuscitans,  
dæmones eiciens, & reliqua id genus beneficiorum multa confe-  
rens, nihil tamen gens illa suo more præter ingratitude-  
m, præter persecutionem, præterque calumniam ac mortis machinatio-  
nem, benefactori, imò Deo, Domino & suo creatori rependit.

Nam

Nam vocando eum voracem, potatorem vini, amicumque pu-  
 blicanorum, eius calumniatur humanitatem: prædicationis fer-  
 uorem, insaniam vocant: signorum & miraculorum virtutem,  
 Deo soli à nemine non tribuendam, Beelzebub asscribunt. Eius  
 denique arguentes modestiam ac humanitatem, vocant eum Sa-  
 maritanum, utpotè qui legem non custodiat: Dei quoque filium  
 blasphemantes, fabri dicunt filium: nouissime inuidia eos excæ-  
 cante, eo veniunt, ut de nece eius tractantes, nunc quidem velint  
 lapidare, nunc de montis supercilio agere præcipitem, tandem ca-  
 pere & crucifigere illum tentent. Pius itaque Dominus, nullis  
 eorum iniurijs adeò potuit laceßi, ut qui in mundum propter redi-  
 mendos venerat peccatores, ab opere nostræ redemptionis cessa-  
 ret, donec omnia quæ illi pater imposuerat, quæ etiam ille assum-  
 pserat, quomodo prædixerant Prophetæ, consummasset. Con-  
 stans igitur prædicauit pœnitentiam delictorum, arguit pharisæo-  
 rû vitia, recepit peccatores misericors ad pœnitentiam, benignis-  
 simumque ac beneficientissimum se exhibuit omnibus, ut nemo  
 esset qui non fieret, si vellet, bonitatis eius particeps. Propter hæc  
 pluuiã, æstû, frigusq; sustinuit: propter hæc fame sitiq; affectus est,  
 fatigatusq; sæpenumero & prædicandi labore & itineris asperita-  
 te, nihil tamè propterea in alijs sibi pepercit, sed in oratione vigil,  
 & in monte pernox, ieiunioq; seipsum afflixit. Verùm propter hæc  
 aliud nihil ab hoc populo (ut dixi) recepit, præterquam conuicia  
 atque tandem persecutionem in mortem. Hæc itaque Iesus pijs-  
 simus sentiens, illis eorum obiecit ingratitude. Multa, inquit,  
 ostendi vobis beneficia, multa bona contuli, propter quod horum  
 vultis me occidere? Pro gratia itaque Spiritus sancti impetran-  
 da, ut passionem Domini ostendamus, hoc est, Domini Iesu boni-  
 tatem, miserationibus & beneficijs exhuberantissimam, simulq;  
 huius populi durissimam ingratitude conferentes, ad compassio-  
 nem

Matt. 11.

Ioan. 13.

Lucæ 11.

Marc. 3.

Ioan. 8.

Matth. 13.

Ioan. 8. 10.

Lucæ 6.

Matth. 22. 27

Ioan. 3.

Ioan. 4.

Ioan. 10.

S

nem

nem compungamur, dicamus supplices. Pater noster. Ave Maria.

Charissimi, quomodo dixi, ea mala quæ Iesus Saluator noster pro nobis est passus, cupio vobis enarrare, quæ vt fiant euidentiora, statui quæ bona Iudæis nobisque omnibus prærogauit, proponere, ideo ante quemlibet sermonem summam primo quæ præmisso argumento, paucis verbis constringam quæ dicturum sum, hinc eadem latius explanaturus. Hoc itaque pro exordio prologovè sufficiat.

**BENEFICIORVM SALVATORIS IESV CHRISTI DOMINI NOSTRÆ HVMANÆ GENTI COLLATORVM: ET EORVM**  
quæ ab ipsa is idem recepit malefactorum, per Theoremata concionesq; XXVII.

Liber vnus.

**DE IVDÆORVM IN CHRISTI MORTEM CONSPIRATIONE Theorema. I.**

ARGVMENTVM.

**Q**ui in mundum ad salutem venit omnium, qui quæ morte iam pridem corporali suscitauerat multos, morte verò animæ saluare cupiens omnes: qui deus que nemini potuit nocere, cunctis verò & potuit & voluit prodesse: pestilens, exitiosus, vitaque indignus æstimator, ad vt conspiratione facta, ijde eius nece potissimum tractarent, quibus præcipuè benefecerat.

**IESUS VTI IN MVNDVM VENERIT SALVATORVM**  
mortuorum viuificator, & benefactor. Concio I.

**D**væ sunt huius argumenti partes: quarum prior nobis subindicat quædam mundi aduenisse Saluatorem. Quis iste mundi fit Saluator, aliter scimus neminem, præter Dominum nostrum Iesum Christum, qui Angelo reuelante ab æterno sibi impositum habet nomen Saluatoris. Ex propterea nominis quoque rationem exponens angelus: *Hic, inquit, saluum faciet populum suam à peccatis eorum, hoc est, propterea in mundum veniet, propterea Deus homo factus est, propterea Iesus vocabitur, quia saluum faciet populum.*

Matth. 1.  
 Filius Dei  
 cur in mundum  
 venit.

Ium suum à peccatis eorum. Omnibus namq; Euangelium legentibus, aut causas Christi aduentus seu eiusdem incarnationis intelligentibus, non potest non esse perspicuum, Christum Iesum & vt seipsum appellat, filium hominis, venisse vt quæreret & saluum faceret quod perierat. Venit enim, inquit Euangelista, vt filios Dei qui dispersi erant in mundo, in vnum congregaret. Vis agnoscere manifestius, quare Iesus in mundum venerit. Audi Euangelistam eundem: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat sed habeat vitam æternam.* Quod verò mortuos multos & hac luce sanctos suscitauerit, nemini debet esse ambiguum. Tres certè duntaxat legimus mortuos ad vitam, resuscitante Domino, rediisse: filiam scilicet archisynagogi, filium viduæ & Lazarum. Quod verò non plures suscitauerit prorsus incertum est. Neq; enim omnia, sed quædam duntaxat Christi signa esse scripta, Euangelista quoque Ioannes testatur. Quod verò tres tantum scripti sint, mysterij habet (quod Augustinus explanat) rationem. Sufficit nos credere, eum qui tres pluresvè resuscitauerit, etiam omnes potuisse, quod etiam facturus est in nouissimo die, resuscitare.

At verò vt dixi, ad vitam animæ reddendam, resuscitaturus venit omnes, Quare enim aded pium, aded affabilem, adeoq; se exhibuit benignum peccatoribus pœnitentibus, nisi quia cupiebat (vt dixi) saluare omnes? Cum peccatoribus conuersatus est, cum eis manducauit & bibit, illorum intrauit domos, vt saluos faceret à peccatis eorum. Nonne ipse est qui Mariam Magdalenam à peccatis absoluit, atq; deuotissimam ex peccatrice sibi discipulam feruentissimamq; sui amatricem constituit? Quis adulteram absoluit verecundam, atq; ab accusatoribus liberauit? Nonne hic qui Zachæum ex publicanorum principe, in virum misericordiarum, peccatis dimissis mutauit, seq; metipsum in illius domum inuitauit? Nonne hic Matthæum quoq; in Apostolum, & telonis incubantem, conuertit in Euangelistam? Iudæorum quoque pharisæorumq; murmur, quod cum peccatoribus inisset in Matthæi domo conuiuium, compescuit dicens: *Non est opus sanis medicus: sed malè habentibus. Euntes autem discite quid est, Misericordiam volo & non sacrificium.* Sic paralyticum curans: *Confide, inquit, fili, remittuntur tibi peccata tua.* Eum quoq; quem apud piscinam curauerat, postea admonet ne peccet denuo, vt non illi quid eueniat deterius. Quam pronus enim sit ad misericordiam, quamq; ad veniam omnibus prestandam voluntarius, in parabola centum docet ouium decemq; drachmarum: vbi eodem loco bis comparatione facta, *maius dicit esse in cælis gaudium Angelis Dei super vno peccatore agente pœnitentiam, quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentia.* Taceo aliam parabolam prodigi filij, qui à patre hæreditatem acceptam consumpserat cum meretricibus: & egestate tandem compulsus, ad patrem pro venia supplicaturus redit. Pater verò non indignabundus filium expectat nec toruo vultu inspiciens alloqui recusat nec stultitiæ illum arguit atq; temeritatis, quod in nefarias delicias patrimonium suum profuderit: sed occurrit filio reuertenti, quem in amplexum recipit, conuiuiumq; pro eiusdem reditu symphoniam & choros instaurat & cætera. At cur quæso hæc omnia? Cur hanc Iesus parabolam dixit, nisi quia pari modo ipse quoq; redeunti ac pœnitenti peccatori sese spondet facturum? Quis enim pro venia peccatorum suorum illi supplicauit, quam non

Luc. 19.  
Ioan. 11.

Ioan. 3.

Mortuos  
quot suscita-  
uerit Chri-  
stus.

Matth. 9.

Lucæ 7.

Ioan. 11.

Ioan. 20. 22.

Vitam ani-  
mæ quam  
multis Chri-  
stus reddide-  
rit.

Lucæ 5.

Matth. 9.

Lucæ 7.

Ioan. 3.

Lucæ 19.

Matth. 9.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ioan. 5.

Christus quæ  
sit ad mise-  
ricordiam  
pronus.

Lucæ 15.

Matth. 18.

Lucæ 15.

Ioan. 3. obtinuit? Neque enim miserat Deus in mundum filium suum, vt iudicet mundum, sed vt mundus saluetur per ipsum.

Salutem nostram quam feruenter Christus operatus sit. Constat igitur, Iesum Christum Dominumq; nostrum, ad omnium salutem venisse: saluareq; quantum in se erat, voluisse omnes. Liquet etiam manifestè, præsertim animaduertere volentibus, quam operatus sit feruenter (præcipuè vbi tricesimum ageret annum) salutem nostram in medio terrarum, quam nulli pepercerit labori, quam nulla eum itineris asperitas, nulla venturum imbrium vè tempestas, non incommoditas corporis, non inimicorum persecutio, non fames, non sitis, non gelu, non æstus, neq; etiam laboris nimietas aut sæua pharisæorum inuidia, ipsum prohibentium hospitari nominè Christum: ad extremum, nulla quoq; amicorum eius de synagoga exortio, detertere aut mouere poterat, quo vel ad regiones obambulandas tardior, aut ad prædicandum licet ingratis, segnior, aut inclementior ad beneficiendum inueniretur. Quoties à mane vsq; ad vesperam prædicans, sero, cur esset nemo qui vel fragmen ei panis offerret, ieiunus ciuitatem exibat: mane rediens, & hesternæ ingratitude erga se immemor, rursus vsq; ad vesperam prædicans, cum animabus, tum corporibus medicinam offerebat salutarem. Volebat enim (vt dixi) omnibus prodesse, qui omnium miserabatur. Eam rem non turbis solis prædicabat, sed vni aliquando homini inuigilabat, curans qua arte animam eius lucraretur. Et quamuis Euangelistæ pene hoc nauerint omnes, puta quid singularibus locutus fuerit hominibus Christus, quid vè solus aut paucis sociatus amicis dixerit, egerit vè: Ioannes tamen scribens Iesum fatigatum ex itinere, sedisse super puteum mulieremq; aduenisse Samaritanam ad hauriendam aquam, cum eaq; sola benè longum textum sermonem Christum, mysteriaq; illi graua indicasse: quid aliud indicat, nisi sapius hoc solere Dominum facere, vt vni loquens aut paucis, tempus & operam suam illis locaret, quoad fructum sentiret se colligere animarum, mercedemq; quod seminabat? Neque enim propterea non sæpe hoc fecit, quia scriptum non est scriptum. Si enim nihil nisi quod in canonicis est scriptum libere aut egerit, aut locutus fuerit Dominus Iesus: credere etiam necessum erit Dominum Iesum domi semper fuisse mutum, nunquam locutum matri, nunquam Ioseph patri putatio, propterea quod Euangelistæ non scripserint. Quod quam ridiculum sit sentire, quis non videat? Deniq; à duodecimo anno vsq; ad tricesimum nulla prorsus eius fit mentio, & ne verbum quidem illi nobis refertur. Multa igitur docuit, multa egit, præter ea quæ nobis scripta traduntur, potissimè pro animabus sibi lucrandis, quarum curæ & redemptiõni vigilantissime intendit. Ah quoties animabus sanandis, medendisq; & corporibus & mentibus adq; fuit occupatus, vt tempus illi deesset sui corporis reficiendi, dicenti alium se cibum habere manducandum, suumq; cibum, facere voluntatem patris sui, qui est in cælis. Quoties dum continuè prædicationi, alijsq; admodum salutaribus per diem insudauerat, noctes quoq; coniunxit, in monte pernoctans, vacansq; pro nobis orationi? Verum satis iam dictum esse puto de hac prima parte, quam vtilem se, qui pro omnibus erat necessarius, mundo præbuerit: nunc alteram accedamus partem declarandam.

Ioan. 9, 22.

Lucæ 23.

Lucæ 4.

Marc. 3.

Ioan. 4.

Lucæ 6.

*Iesus cur apud Iudæos existimatus sit malefactor, vilis, odiosus,  
& vita indignus.*

**A**ltera nunc huius pars declaranda est, scilicet quod tantus, tam innocens, tam fructuosus, tamq[ue] necessarius, utpote animarum saluator, resuscitator corporum, omniumq[ue] largitor bonorum liberalissimus, vita habeatur indignus. Itaq[ue] quomodo dixi, cum se totum in vsus nostros Iesus impenderet, & nihil aliud atq[ue] nostrâ ageret felicitatem, odio habitus est (quomodo scriptum est. *Odio habuerunt me gratis*: hoc est, absq[ue] demerito, absq[ue] causa) & vita existimabatur indignus. Heu cæca quid facis inuidia? Quomodo bonum dicis malum, & malum bonum? vile, iudicas exitiosum: & quod pestilens est, vtilissimum esse contendis. Quid in Christo inuenisti, vnde vita indignus est iudicandus? Quem læsit innocentem? imò quem grauiter lætaliterq[ue] offendentem, sibi ipse non reconciliauit? Nonne quotidie offendimus omnes? & quis delictorum nobis donat veniam præterquam Iesus? quis deinde vulnera nostra sanat nobis ipsis inflicta, nisi Iesus? Quis conscientiarum nostrarum serenat obscuritates? quis scrupulorum tranquillat fluctuationes præter Iesum? quis rore nos perfundit deuotionis? quis adoptionis filiorum Dei præbet gustum? quis Dei nos amore inebriat? quis currere facit in Dei mandatis? quis omnia difficilia facit leuia, impossibilia facilia, quæ abominabilia fuerant, desiderata: graua & molesta, suauia, nisi Iesus? Hiccine est vita indignus? hiccine nobis tollendus? hiccine interficiendus? Num inuidia adhuc contra te Domine Iesu præualebit? præualebit quidem, quia tu charitas, tu amor noster ipse voluisti. Nobis te auferet, ita tamen auferet, ut magis te præbeas nobis. Neq[ue] enim tuos omnino vnquam potes relinquere, Itaq[ue] charissimi, quia mundi lux, mundi vita, cæli via, medicina vita, Iesus Dominus noster ab impijs vita habetur indignus, atq[ue] morti obnoxius: in mortem eius conspirant ij, quos à morte contendebat eripere: & de nece illius tractabant, quorum in ipsius manu erat vita: interficere statuunt eum, ex quo solo, præter omnia alia, sui generis & nobilitatem habebant & decorem. Quod autem dixi in eius mortem conspirasse eos, quos à morte conabatur eripere, manifestissimum est: quia nemo Christum odio habuit maiori, præter pharisæos, pontifices, scribas & seniores, Iudæorumq[ue] magistros. Hos enim cum præ cæteris videret delinquere, atq[ue] in periculo versari, propter eorum superbiam, ambitionem, inuidiam, vanam gloriam atq[ue] auaritiam, præ alijs etiam obiurgauit, atq[ue] eisdem salutis iter & verbo in parabolis interdum loquens, interdum manifestius ipsos arguens, & opere commonstrabat. Inde stimulabat eos consilij inops, edaxq[ue] cordis inuidia, quam ex beneficijs quoq[ue] (quod crudelissimum est) Christi receptis, in eundem benefactorem conceperant. Videbant enim in eo miraculorum gloriam, sanitarum beneficia, remissionem peccatorum, dæmonum expulsionem, atq[ue] resuscitationem mortuorum, à populo honorari: videbant eius sermonibus turbas oblectari, se verò curari minus: illum in ore esse omnium, se taceri. Inuidia igitur obcæcari, malebant sine illo fore miseri, quam sub eodem viuere felices. Malebant inquam, quantum in se erat, & sibi & suo generi beneficiorum venam excidere, quam vitæ datori & benefactori operum eius charitatem, signorumq[ue] gloriam

Partis alterius Argumenti explicatio.

Ioan. 15.  
Psal. 24.  
Inuidia quid faciat.

Iacob. 5.

Inuidia Iudæorum cōtra Iesum origo quæ.

Psal. 24.

gloriam non inuidere. Malebant postremo paralyticos domi habere & aegrotos, quam eorumdem saluatorem non interimere. Certè videtis quanta fuerint inuidia excæcati. Certè Propheta regius minus adhuc quam factis erat, Christi personam agens, dixisse videtur: *Odio habuerunt me gratis*, quandoquidem cum debuissent impij (si foret possibile) Christo bona retribuere, vel saltem pro beneficijs gratias agere, è diuerso eidem non solum innocenti, nulliquè delicto obnoxio, verum etiam optimo, vtilissimo, beneficentissimo, & amore iuxta ac laude dignissimo, mortem tentant inferre. Nam congregato concilio, odio & inuidia præfidentibus: *Quid facimus?* inquit. *Hic nanque homo multa signa facit.* O miseri, quid vos cruciant Saluatoris signa? *Totus*, inquit, *mundus abiit post eum.* Hoc est quod torquet vos, quod vestris traditionibus & nenijs superstitionibusque relictis, quas legi adiecistis, & penè legi præfertis turbæ Christi flagitant eruditionem: & quod ambitionis forum, quæstumquè auaritiæ vestræ amittere formidatis. Dicitis: *Si dimittimus eum sic*, hoc est, illud grande de quo tractatis, quodque accusatis in Christo malum. Si dimittimus eum, id est, Christum sic bene agere, benefacere egentibus, ignorantes docere, *Veniens Romani, & tollent nobis locum & gentem.* Quid ò miseri Christus docet, vnde Romanos offendi formidatis? Nempe quæ Christus docet, sunt mundum contemnere, vitare peccata, seruare iustitiam, mundum & diuitias contemnere, veritatem sectari, cauere superbiam, misericordiam impendere proximis, mitem & humilem esse, donare iniurias, inimicos diligere, vnicuique & benè velle & benè facere, quomodo sibi vellet benè fieri. Hæc ne sunt crimina, siue doceantur, siue obseruentur, propter quæ in fensos putatis fore Romanos, vt vobis & locum auferant & gentem? Mentitur vobis iniquitas vestra ò Iudæi. Quid enim hoc Romanos offendet, si misericordes in proximum, pios in Deum, mundi contemptores, obseruatores fieri iustitiæ, innocentesquè à peccato viuere doceat vos Christus? Aut quomodo ex virtutibus vestris lacefsiti Romani vos persequentur? Estote omninò misericordes, pij, mites atque innocentes. Hæc obseruantia vestra, hæc Christi eruditio, non rebellionem, non schisma, non offensivam aduersus Romanos, sed pacem, tranquillitatemquè, vobis generabit.

Ioan. 11.

Verùm hypocryta quodam, licet Pontifice, Caipha scilicet, dicente: *Non nescitis quicquam nec cogitatis, expedit enim nobis, vnum mori hominem, vt vobis non periret, & qui nullos superstites relinquit, qui vlciscantur, quam tota gens pereat.* Hoc verò audito, statuerunt Iesum interficere, licet timerent plebem.

Doctrina Christi qua fuerit.

Marc 5. 6. 7. &amp;c.

Ioan. 12.

Præcatio pro morte vitiorum.

**D**omine noster Iesu Christe, qui pro nobis vita indicaris indignus, fac nos mori peccato: tibiq; viuere soli, qui es perpetuo benedictus. Amen.



## DE CHRISTI VENDITIONE. Theorema II.

## ARGVMENTVM.

**I**lle qui maximè omnium est fidelissimus, imò fidelitas ipsa proditur ac venditur in mortem à suo, coque domestico ac discipulo: emitur verò ab his interficiendus, quibus præcipuè fidelitatis signa exhibuerat atque beneficia.

IESU FIDELITAS ERGA GENUS HUMANVM. *Concio II.*

**P**rima huius argumenti pars, quæ est, Christum esse fidelissimum (neque enim alium hic, quam Christum loquimur) tum facillè omnibus erit manifesta, cum quantam in hos proditores fidelitatem Christus locauerit, expenderit. Adeò namque fidelis est Christus, vt genus humanum etiam vniuersum à crimine eripere cuperet læsæ maiestatis, prodicionisq; diuinæ: quod olim consentiendo diuinæ maiestatis hosti, proditori q; diabolo, commiserat, Dei transgrediens mandatum: quamobrem innumeris certè malis, atque æternæ sese morti fecerat obnoxium. Adeò inquam est fidelis Christus, vt pro eodem genere humano in se paratus esset Dei patris iram vltionemq; suscipere, proditores illos indemnes atq; innoxios reddere, ad satisfaciendum pro illis se exponere, illos à morte malisq; omnibus liberare, se morti pœnisq; omnibus tradere. Hanc itaque fidelitatem fidelissimus ipse Iesus dum ingratiss ac infidelibus meditatur exhibere, illi ediuerso studiosè eius comparant, emunt, venduntq; innocentiam in mortem. Et quid dico quod illos à crimine læsæ diuinæ maiestatis, malisq; omnibus cuperet eripere, quando interea non solum hoc voluit, sed quod voluit, etiam perfecit? Nequaquam enim eorum offensum vel paruitate, vel ingratitude, quicquam quod vel ad vnus, vel ad vniuersorum pertineret salutem, intermisit: sed omnia in redemptione & illorum & nostram, quicquid sibi machinabantur mali, conuertit: adeoq; fidelis post infestam quoq; sibi mortem perseuerauit, vt illis nihilo secius qui mortem sibi intulerant, quam alijs potestatem daret filios Dei fieri, ciues quoq; ac domesticos regni sui cœlestis ac cohæredes. Hanc fidelitatem etsi primo præcipuèq; Iudæis, non ijs tamen solis, verum omnibus qui in se credituri erant, exhibuit? præter hanc fidelitatem, amoremq; omnibus communem, huic Iudæorum genti peculiarem aliam adhuc exhibuit, qui hanc gentem electione sibi adoptauerat singulari, quare ab hostibus, ab oppressione, à gladio, à peste, à fame, à calamitatibus, à captiuitatibus denique hostium multis & seruitute liberauit: idq; sæpenumero & potenti manu, & mira virtute, ac per signa prodigiaq; terribilia, eorum opprimens aduersarios, delensq; vsque ad internecionem. Quid dicam? Sicubi essent qui vel tempore futuro in hanc essent gentem suam officium humanitatis collaturi, tametsi alienigenæ forent, ceu pro munere beneuolentiæ, quamuis nondum præstitæ, sed aliquando præstandæ, multo ante illos vita, salute, potentia, gloriaq; condonauit: ostendens quanti suam faceret gentem,

Fidelitas Christi quanta.

Genes 3.

Ioan. 1.

Exod. 11. 12. Iudic. 4. 7. Iudith. 13.

cuius

- Exod. 2. cuius vel adhuc futuros honoraret benefactores. Non longè est vnde hoc probemus. Cyri regis Persarum, Moysiꝑ recordemur infantiam: quorum vterq; expositus morti, propterea quod aliquando benè effectus habiturus Hebræorum gentem, diuina prouidentia seruatus est, magnosq; postea honoratus. Nam hic Cyrus quia Iudæorum erat captiuitatem Babylonicam soluturus, cum infantulus ab ano fuisset necari iussus, ab eo verò cui id fuerat imperatum, miseratione commoto, pastoribus, vt feris beluisq; deuorandus exponeretur, traditus: prouidentia Dei id volente, à cane hubera infanti prebente, tam diu est alitus, atq; à cæteris bestijs defensus, quoad inuentus cuiusdam traderetur pastoris vxori nutriendus: nec diuina prouidentia destitutus, donec adultus, in regem Persarum potentissimum eleuaretur. Cæterum Moyses ex Hebræorum gente natus, quam captiuam de Pharaonis manu erant liberaturus, postquam aquis ex communi regis edicto esset iniectus infantulus, ab eiusdem regis filia (Deo hoc ordinante) aquis denudè extractus, nutritus, atq; tandem suæ gentis principatu, alijsq; diuinis muneribus compluribus honoratus. Taceo Ismael, ex Abraam Agar ancillæ filium, de cuius semine hodie extant, qui sunt Agareni: licet ne videantur ancillæ filij, iniuste sit usurpato nomine, Saraceni, quasi à Sara & libera & vxore Abrahæ geniti, maluerint vocari: qui verum nunc Abrahæ semen, filios scilicet adoptionis, multis annis persequuntur. Nam supra nongentos (vt reor) annos Christiani semper sunt infesti. Horum perfidiam pessimam, legislatore quodam episcopico Mahumeto, Turcæ quoq; cum alijs sunt compluribus regnis amplexi. Hos igitur cum ex Ismaele Deus sciret nascituros, atq; fidei suæ quam possim maximè inimicatos, non tamen Ismaelem sua destituit gratia ac beneficijs, propterea quod ex Abraam & de semine erat Hebræorum. Nam cum adhuc puer esset hic Ismael, & à Sara cum eius matre Agar ex Abrahæ domo eijceretur, cum oberarent in solitudine, deficiente aqua, puer pre firi in vitæ periculum venit. Quo sub arbore posito, matrem, ne morientis videret angustiam, procul stantem affatur de cælo Angelus, fontem ostendit, puerum refocillat, iussit & educari, promisitq; se hunc in magnam adhuc gentem facturum. Sed cur hoc, nisi quia Abrahæ erat semen atq; gentis Hebræorum? Quid itaq; delirante diuina hic dicendum est, qui Ismaelem hunc tantopere seruare voluit, quem pessimæ gentis, fidei suæ atq; suis electis semper aduersantis, scilicet fore radicem atq; propaginem? Quid enim boni ex Ismaele hoc expectauit, liud, quam hostes hos pessimos fidem suam persecuturos, in quibus licet nihil beneficio dignum reperiretur, nisi quod de electa sibi erant gente Hebræorum oriundi, his tamen in patre eorum ac propagatore conseruando consuluit ac benefecit? Hoc modo si exquisitè velimus inuestigare, cur Romulū Remusq; vrbis Romæ fundatores, diuina seruaerit prouidentia, dum essent infantes feris deuorandi expositi, quos lupa reprens, huberaq; præbens aluerit: tametsi lupam hanc non bestiam, sed pastoris autumant fuisse vxorem, alio nomine Acciam: non deerit certè, vnde pietatem diuinam miremur, vnde eius exofculemur fidelitatem. Compertissimum est certè, quod Deus præscitum à gente nulla alia suam Christianamq; gentè, quam à Romanis eorumq; imperio magis esse præmendandam. Hi enim per vniuersum orbem, cui tunc dominabatur, Christianos sunt persecuti, fidem iuxta ac illius nomen maximopere molierunt.

Ismael cur  
miraculosè  
cōseruatus.  
Gen. 21.

Romulus  
Remusque  
cur diuini-  
tus seruati.

molientes extinguere. Quare igitur (dicere quis posset) illos seruatit infantes, qui Romam erant condituri, quandoquidem suæ sciuit religioni eos qui Romani ex eis erant futuri, maximè fore infestos? Qui Iudæorum oderit ingratitudinem, contra illos quoque, licet fortassè æquo accuratius, inueniet causam. Dicitur huius urbis conditores fuisse seruandos ac nutriendos, quia urbem erant hanc ædificaturi, in quam suæ Ecclesiæ sedem, omniumq; Christianorum caput, rectorem atq; primatum ponere Christus volebat Iudæum Petrum, cui in adiutoriū alium quoq; Iudæum Paulum dedit Tarsensem. Quod si idè factum est, nonne hic quoq; & Dei fidelitas, & Iudæorum elucet ingratitudo? quorum gratia Deus ne eos quidem, siue Saracenos loquamur, siue Romanos, sinebat perire, quos tamen non ignorabat suis electis moturos non leuem persecutionem. Fidelissimus igitur cum omnibus, tum præcipuè Iudæorum genti, proditione indignissima venditur.

*Iesus infidelitatem quam à Iuda ceterisq; Iudæis acceperit.*

**V**idendum nunc restat, quis sit qui venditur: deinde, à quo quibusvè vendatur. Venditur is, qui solus omnium verus est Dominus, creator & conseruator: cuius imperio non solum ea quæ reguntur, verum etiam qui regunt domini, principes, reges & imperatores orbis, subijciuntur: cui vniuersa quæ sunt, propria sunt: quia ab eo solo sunt (habent enim ab eo & esse & conseruari, sine quo nequeunt subsistere) absq; cuius nutu nihil est & nihil fit, sine cuius eruditione nihil discitur, sine cuius lumine nihil cernitur, sine cuius bonitate nemini potest bene esse, extra cuius directionem nihil potest rectum esse, absq; cuius agnitione nulla est prudentia, sine cuius amore nulla iustitia, sine cuius auxilio nullius boni perseverantia. Absq; huius obedientia nulla est virtus, extra huius fruitionem nulla est salus. O si quis nunc huius infelicissimi proditoris iniuriōsissimam expendere posset iniuriam qua iniuratus thesaurus, inæstimabile bonum, venditur à scelestissimo, nequissimo, vilissimoq; seruorum seruo, æternæq; morte sexcenties digno, Venditur inquam ab eo, quem in discipulum, quem in Apostolum, quem in procuratorē suum Christus ascieuerat: & (si apocryphis esset libris credendum) ab eo venditur, quem, vt Moysem olim, aquis iniectum infantem seruauerat, quem regina quadam adoptante in filium, educauerat: cui deniq; parricidiorum crimina, quæ in filio nutricis suæ, proprioq; parente licet ignoto, ac stupri, quod in matre commiserat, ignoscens condonauerat. Venditur deinde hominibus vilissimis, perindeq; facinorosis, morti obnoxijis, & pro exiguo viliq; precio. Quis verò iam impijssimæ huius venditionis condiciones expendens omnes, videlicet cuius, à quo, quibus, quomodo, & pro quo hæc fiat venditio, iniquitatem ingratisimi proditoris, Simoniaci, sceleratissimiq; non mox inueniat inæstimabilem? quippè qui non modo sacrosanctam Christi carnem & sanguinem, quæ singulare excellentissimumq; sunt opificium gratiæ Spiritus sancti, vasq; & templum sacratissimum pariter ac viuificum sanctæ Trinitatis, in quo requiescit omnis plenitudo sanctitatis corporaliter: verum etiam essentialem sanctitatem totius sanctitudinis, Verbum Dei, filium Dei, ex quo Spiritus sanctus omnium sanctorum sanctificator procedit, Messiam, Christum, Emannelem, hoc est, in vna persona Deum & hominem, vendidit. O Iu-

Partis alterius Argumenti explicatio.

Iudas quantum Christo iniuriam irrogarit.

A quo vendatur.

Exod. 2. Iudas quomodo puer seruatus & educatus. Quibus vendatur.

Iniquitas inde quam fit inæstimabilis Coloss. 2.

T da om-

Christi di-  
gnitas quāta

da omnium nequissime, cur aded preciosum thesaurum vilipendis? cur ven-  
dis nobilissimum & incomparabilem: cur: inquam eum, qui nullo potest  
præcio æstimari, exponis venalem? cuius vel vna sanguinis guttula, præcio-  
sior est mundo & omnibus quæ in mundo sunt. Quomodo enim non foret  
præciosior, que pro redimendis cunctis singulisq; mortalibus fusa in omnium  
satisfactionem peccatorum suffecisset? Quis te iudicem iudicis constituit so-  
lestatem? nesciebas ipsum illum esse, in cuius femore scriptum est, *Rex ve-*  
*rum, & Dominus dominantium?* An ignorabas ipsum esse, ante quem domini-  
tio omnis est seruitus, cui omnis est subiecta libertas, cuius nihil est potestati  
exemptum? Quod si omnino vendere volebas, cur saltem non æquum præ-  
cium postulasti? Sed quis pro Iesu tibi dignum redderet præcium? Certè ce-  
lum terraq; & omnia quæ in eis sunt, nullius sunt momenti, comparata ad il-  
lum: imò coram illo & nihilum & inane reputata sunt. Exaggerat enim ve-  
ditionis tuæ crimen, maiestatis eius diuinæ contemptus, quod triginta ta-  
rum argenteis vendis incomparabilem: cuius tamen maiestas aded est tibi vi-  
lis, vt inuidissimis ac sanguinem eius sitientibus, propterea q; nulli pecunia  
in eius necem parcituris, non solum venderes pro exigua pecunia vniuerso-  
rum Dominum, inæstimabiliterq; præciosum: verum etiam in arbitrium re-  
poneres euentium, dum eius sanguinem, dum pœnas, dum deniq; angustias  
mortis paruipendens, quicquid pro illo darent, satisfactum tibi decernis, di-  
cens: *Quid vultis mibi dare, & ego eum vobis tradam?* Ac si diceres: *Quodcumq;*  
*dederitis, quantulumcumq; id sit, accipiam in traditionis mercedem.* Heu Iesu  
bone, quam vilis æstimaris, qui nullo præcio, sed casto tantum comparari  
amore.

Præcatio pro Dei amore.

**D**A nobis benigne Iesu tui desiderium & amorem, quo te cunctis alijs præfer-  
res, tibi soli casta seruentissimq; inbereamus deuotione, qui sis in æternum be-  
nedictus, Amen.

DE COENA LEGALI AC TYPICA.  
Theorema III.

ARGVMENTVM.

**I**S qui verbo, opere, signo ac exemplo profundissimam humi-  
litem, obedientiam, perfectissimamq; charitatem docet &  
in se vsque in finem exhibuit, vt superbus, vt legis præuarica-  
tor, vt denique scandalosus à Iudæis inuidis, rectitudinis eius  
fulgorem non ferentibus, æstimatur.

*IESVS HUMILITATEM, OBEDIENTIAM CHA-  
ritatemq; quantam in omni sua vita prærogauerit. Consiso III.*

**P**Rima huius argumenti pars flagitat, vt ostendatur Christi humilitas o-  
bedientiæq; eiusdem, præcipue in legis obseruatione. Certè suam humi-  
litem

litate mox ubi natus est, nobis ostendit. Pauper enim natus est ex paupere virgine, virtutibus licet & gratijs opulentissima, sub tuguriolo vili, in nocte & peregrino solo constitutus, atq; in hyemis asperitate. Si ea quæ in Christi occurrit natiuitate, expenderimus singula, clamabitur cerre ad nos vbique: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Nihil enim ibi fastuosum, nihil mundanum, nihil iuxta seculi prudentiam grandè ibi inuenitur, sed humilia omnia. Discurre iam per singula, quæ Christus dixisse egisse uè legitur: quid quæso tumidi, quid superbi inuenies? Nihil profectò. Quomodo enim alios inuitare ad sui potuisset imitationem, aut quomodo auderet dicere, *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: nisi omnibus aded perspecta eius foret humilitas, ut absq; controuersia cunctis in exemplum luceret? Neque enim gloriam suam vnquam quæsiuit, sed patris sui. Et ided sui aded patienter tulit contemptum ided ad contumelias conuiciatq; aut mansuetus tacuit, aut mitissimè, erudiens eos qui conuiciabantur, pauca respondit.

Porro obedientia quando illi deesset, qui humilis semper fuit? *Exinaniuit*, inquit, *semetipsum, formam serui accipiens.* Et, *Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Quanta igitur signa humilitatis Christus exhibuerit, qua se obedientia legi subiecerit, cui tamen haud erat obnoxius, omnia quæ dixit, quæ gessit, quæ mandauit, Euangelio teste, satisfaciunt. Circumcisus est, non quod peccatum aut circumcisionis in se haberet causam, sed propter nos, & ne quempiam scandalizaret. Quomodo enim formam serui exhibebat, ita speciem dum circumciditur, exhibuit peccatoris. Siftitur in templum, natus de purissima uirgine, utpote sine viro conceptus, tamen ne difformis à lege esset, & oblatas est & redemptus, nihil in se aut parentibus, hoc est, in matre, intermittens, quod ad humilitatem obedientiam uè legis pertineret. Obseruauit festa, ascendit quando debuit Hierosoly. mam in templum, celebrauit phase seu Pascha, & reliqua eiusmodi iuxta legis obseruantiam expleuit. Propterea dicit: *Non ueni soluere legem, sed adimplere.* Nonne leprosis à se mundatis, præcepit: *Ite, inquit, ostendite uos sacerdotibus, & facite qua præcepit Moyses in testimonium illis?* Quo satis uoluit monstare, legem se nolle destruere: quandoquidem quos curauerat à lepra, nihilo minus iuxta legem mittit ad sacerdotes. Nunquam est auditus contra legem quippiam dicere, nunquam uisus obstrepere, licet hoc in pharisæis argueret, quod legi suas præferrent traditiones, quod turbis obseruantiarum plaustra imponerent, quæ digito nollent ipsi mouere: quod subditorum grauabant conscientias, dicentes peccatum ubi non erat peccatum, sicut in baptismatibus calicum & uiceorum, lotioneq; manuum, &c. Arguebat item hypocritas ac Pharisæos, dicentes, quod hominem uerbo sanum facere, uolatio foret sabbati, quando ipsi boues asinosq; suos, si in foueam cisternam uè caderent, extrahebant die sabbati absq; peccato. Obediuit igitur summoperè legi, quia obediuit suo Patri. Quomodo enim non obediuit Patri, cuius facere uoluntatem, suum esse dicebat cibum? Et duodennis adhuc puer, matri putatiuoq; patri, quando dolentes eum quæsierant, & iam inuenerant in templo, dicebat: *Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis qui in his que Patris mei sunt, oportebat me esse?* Et quid sequitur? *Et descendit cum illis, haud dubium hominibus, homo Deus, & erat subditus illis.* Vides quia obediuit ma-

Lucæ 2.  
Matth. 17.

tri, & quomodo non obediret Deo? Aut cui non obediuit, vbi obedire virtutis erat, Christus? Nonne infans in vtero adhuc matris, partu edicto imperatoris: maiorq; natu, didrachma soluit? Itaq; obedientiæ humilitatis vè nihil est, quod non eius moribus, verbis, signisq; ad summum perfectionis doceretur, quod cum ita indubitatum vobis omnibus sit, nequaquam id longius tractari operæ præcium est. Neque enim decreui ijs quæ circa eius vitam, sed quæ circa eius occurrunt passionem, immorari. Omisissis igitur alijs signis, quæ circa cœnam vltimam, quam cum Apostolis, vt potè amicis suis, quos habebat in mundo charissimos, contigerunt, quoniam plena sunt humilitate, plena charitate contueamur. Et primum quidem est, quod vniuersorum Dominus verus, item humilis, non erubuit mendicare, quod ad legis obseruantiam necessarium, sibi defuit. Siquidem pro esu agni paschalis nihil quod esset necessarium, habuit: non domum, non agnum, non reliqua iuxta legem necessaria. Videtne quam studiosè legem voluit obseruare, quam diu, noui testamenti lux nondum erat perfecta nec manifestata? Lex namq; veteris testamenti aliquando vt necessaria seruabatur, nec transgredi hanc licebat. Aliquando tolerabatur, quando neq; proficua, neq; damnabilis esset, vt in initio noui testamenti in plantatione fidei Christianæ. Tunc enim non ita subito lex erat abijcienda ne mala fuisse aut exitiosa putaretur, sed paulatim cum honore sepelienda. Modo verò legis obseruantia omnino foret damnabilis: quippe quæ significaret futura, quæ modo sunt præterita. Haudquaquam enim alius est nobis Messias cum Iudæis expectandus, quia Messias iam venit: & quod patribus nostris aliquando erat futurum, idèd etiam in figura eis contigebat omnia, nobis est præteritum. Christus igitur legem diligenter obseruauit: quam vt non negligeret vel per inopiam rogauit ex amicis suis quendam, qui ad agni esum quæ sibi forent necessaria, pararet, Edebat agnum stans succinctus, tenens baculū in manibus, & reliquarum ceremoniarum legalium nihil est prætergressus. Sedebat inde post agni esum discumbens: quia fortasse alij quoq; cibi tunc sunt illati, ad quos sedere licebat. Sedebat autem ad mensam nō vt is cui ministratur, sed qui ministrat discipulis, humiliter porrigens quæ manducarent & quæ biberent. In quo certè teneram ad illos dilectionem atq; suauissimum amorem monstrabat. Affectabant autem & discipuli hoc modo à dulcissimo magistro refici atque de eius manu capere, quicquid sumendum erat cibi. Hoc enim suauiter illos respiciebat, si manu benedicta Domini fuisset tactum: suauius autem, si ab eodem quoq; sibi foret porrectum. Sedebat itaq; in mensa, at solus non sedebat, sed assidebant ei discipuli. Quibus ad eò se benignum, ad eò familiarem præbuit, vt etiam super pedes suum discipulorum quidam dormiret. Porro cœna facta, ipse surrexit: positusq; vestibus, præcinxit se linteo: & aquam mittens in peluim, ante singulorum se pedes in genua inclinauit, lutosos discipulorum pedes lauit, exteritq; (vt creditur) & osculatus est. Peractisq; omnibus cum recubisset iterum, huius facti rationem exponens, imitandæ humilitatis exemplum eos amplexati monuit: *Scitis, inquit, quid fecerim vobis? hoc est, Scitis cur hoc fecerim? Neque enim ociosum est quod vobis ostendi. Vos vocatis me magister & Dominus: & benedicitis, quia verum dicitis. Sum etenim. Si ergo ego Dominus & magister laui pedes vestros, cum ediuerso æquius foret, vt discipulus lauaret magistro:*

Matth. 26.

Legis obseruantia quādo fuerit necessaria, & quando tolerabilis, & quando illicita.

Ioan. 4.  
1. Cor. 10.

Matth. 26.  
Cœna legalis quæ.

Marc. 14.

Lucæ 22.

Dilectio Christi erga suos, quam fit tenra ac suauissima.

Ioan. 13.  
Pedū lotio.

Humilitas Christi quomodo imitanda.

Ibidem.

scitis, inquit, quid fecerim vobis? hoc est, Scitis cur hoc fecerim? Neque enim ociosum est quod vobis ostendi. Vos vocatis me magister & Dominus: & benedicitis, quia verum dicitis. Sum etenim. Si ergo ego Dominus & magister laui pedes vestros, cum ediuerso æquius foret, vt discipulus lauaret magistro:

**stro:** quanto magis vos debetis alter alterius lauare pedes? hoc est: Si ego humiliavi me coram vobis, quanto magis vos debetis alter alteri humiliari, non in lotionem duntaxat pedum, sed in omni etiam obsequio, in quocumque officio charitatis? *Exemplum enim dedi vobis omnibus, non tam lauandorum pedum, quam imitandae humilitatis. Discite ergo meo exemplo, quia mitis sum & humilis corde.* Matth. 11.

*Iesus tanquam legis prauaricator, scandalosus odiosusq; cur à Iudaeis estimatus sit.*

**C**ontra hæc omnia Iudæi, quos virtutum Christi luminosus obfuscabat splendor, propriaq; iam pridem excæcauerat inuidia, aded vt sanum de eo iudicium ferre nequirent, insaniebant. Vocabant enim eum legis transgressorem. *Non est hic, inquit, homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Violari credebant sabbatum, si egrotum Christus quempiam, licet verbo, sanaret, in sabbato. Verum hanc illorum superstitionem Christus arguerat, illos interrogans: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt: quia nullam habuerunt quam responderent, præter inuidiam, rationem. Dixerat enim archisynagogus quidam infirmis, salutem à Domino quærentibus: Sex dies sunt in quibus operari licet. In his ergo vel aliquo horum venite, non in die sabbati.* Veruntamen Christus pro infirmis loquens, & illius miseratus cæcitate, arguit eum, hypocritam nominans, & ratione conuicit. *Nihilominus tamen legis pergit ipsum vocare transgressorem & peccatorem. Quomodo, inquit, potest homo peccator hæc signa facere? Rursusq;: Nos scimus quia hic homo peccator est, hoc est, qui infirmos sabbato curat, & lutum facit, in eodemq; tolli lectum iubet. Verum quid dicit Iesus? Filius hominis dominus est etiam sabbati.* Neque enim Christus sabbato, sed sabbatum Christo Deo atq; Dei filio institutum est. Nullo igitur pacto violare potuit sabbatum, nec delinquere in legem potuit autor legis: q; lator. Veruntamen Christi vita oprime semper quadrabat legi, non aliter atq; subiectissimus fuisset omnium. Vocabant præterea illum Samaritanum, hoc est, eum qui legis quædam obseruat, quædam transgreditur. Porro quod scandalosum illum habuerunt, hoc est, illum qui scandali præberet occasionem: similiter accidit, quod dicta factaq; eius aut non omnino, aut perperam intellexerunt: vt quando de carne sua manducandi, sanguineq; suo potando loquebatur, multi qui secuti fuerant Christum, quia non intelligebant eius verba, abierunt retrorsum, & amplius non ambulabant eum eo. Propterea enim discipuli inquit Iesu: *Scis quia Pharisei, audito verbo hoc scandalizati sunt? Nam & feruorem eius in predicando, furorem iudicabant. Insanit, inquit, quid eum auditis? Et scandalizabantur in eo.* Certè ex multis bonis necessarijsq; operibus sequuntur scandala, quæ tamen non præbentur, sed sumuntur. *Necesse est enim vt fiant scandala. Quamdiu alter alterius cor non videt, & in deteriorem nos partem omnia volumus inuertere iudicando, necesse est vt scandala sequantur.*

Hac infirmitate nostra sic stante, hac conditione permanente, *necesse est vt veniant scandala. Veruntamen va homini per quem scandalum venit, id est, qui occasione præbet vnde alij trahuntur ad peccandum. Neq; enim omne scandalum nocet, aut imputandum est in peccatum illi, ex cuius verbis, signis siue*

bere quomodo differant. moribus occasio sumitur delinquendi. Potest enim bonus vir bonum alio quod & bene agere, quod tamen infirmis aut malis fit in ruinam, non ex conditione facti operis, nec ex intentione auctoris, sed ex videntis aut in firmitate aut malitia. Hoc modo ex Christo saepe scandalum sumptum est, non datur.

Iudæi quomodo ex verbis operibusq; Christi scandali occasionem sumpserint. Aliud enim est, sumere: aliud, præbere scandalum. Iudæi in omnibus persequuti sunt Christum, quod pessimorum est & præcipue inuidorum, scandalum sumpserunt. Ex eius enim & verbis & operibus, unde debuerant potenter inquitur, occisionem sibi maioris sumpserunt inuidiæ & caliginis, unde semper seipsis euaderent peiores. Hoc scandalum sumpserunt Iudæi, Christus vero non præbuit: quia nihil legit quod speciem haberet delicti, unde merito quod deberet posse fieri deterior, nisi quod sua quemuis temeritas, sua invidia aut odium superbiæ in expugnata reddit corruptionem. De hoc scandalum Iesus loquens: *Beatus*, inquit, *qui non fuerit scandalizatus in me*. Porro, de scandalum de quo loquitur, quando dicit, *Ve homini per quem scandalum venit*, Expedit ei, &c. de scandalum vult loqui quod præbatur, ubi iniuste viuatur aut docetur, aut non corripitur, aut vbi cunq; agitur quid illicitum, quod solet ex conditione operis, propterea quod malum illicitum vè sit, aut mali speciem habeat, alicui esse offencilo. Hoc modo nulli scandalum præbuit Christus. Inde fuit ut pharisæos eorum scandalizaret inuidia, qua Christi opera nequam aliter nisi iuxta sui affectus corruptionem poterant iudicare. Quomodo ergo dixerat, humilis ac mitis corde Iesus, qui erat obedientissimus Patri & legis obseruator obtemperantissimus, habitus est scandalosus transgressor legis ac superbus.

Præcatio pro obedientia & mansuetudine.

**P**lissime Domine Iesu Christe tribue nobis, nulla præbere scandala, nulla recipere, cui amore omnibus obedire, & aduersa omnia æquanimiter & mansuetissime tolerare, qui es benedictus in secula, Amen.

DE TESTAMENTI NOVI ET EUCHARISTIE institutione. Theorema IV.

ARGVMENTVM.

**D**ominus noster Iesus Christus, licet omnium nosset futurum erga se defectionem scandalizationemq; multorum quoq; fidei ac charitatis extinctionem, ac nimiam ingratitude: amorem tamen suum erga suos curam semper, tum præcipue ex hoc mundo transiturus ad Patrem, signis clarioribus, verbis dulcioribus, maioribus promissis, potioribus beneficijs ostendit.

IESUS AMOREM SUUM ATQVE FIDELITATEM semper quidem, ac potissimum priusquam transiret ex hoc mundo ad Patrem, uti erga suos declarauerit.

Concio IV.

Hic



**H**uius argumenti iterum duæ sunt partes : cuius partem posteriorem primo explicari operæ precium est, quo clarior tunc eluceat pars quæ hic ponitur prior. Primum igitur explanetur oportet, quomodo circa finem Dominus Iesus dilectionem suam erga suos clarius vehementiusq; ostenderit. Nam quod semper dilexerit, nulli esse reor ambiguum. Nisi enim ipse nos diligeret, quis nostrum viueret? Quotidie, omni hora, omni momento beneficijs sustentamur Christi. Vnde enim in nobis est, perseveratq; vita, nisi beneficio Dei? Et si mille adduceremus alias rationes naturales, causam tamen primam, vnamq; ac potissimam inuenire non est aliam, quam Deum. Huius beneficio, huius gratia est, quicquid in nobis boni est: imò quod sumus, ab ipso solo est. Huius beneficio habemus, quicquid habemus, nec aliam est inuenire rationem, quare hoc faciat, nisi quia diligit nos, & elegit ante cõstitutionem mundi. Amorem ergo quem semper habet ad nos, hunc manifestioribus quomodo ostenderit signis, verbis, promissionibus & beneficijs circa finem, necessario habemus monstrare. Quapropter eius verba, signa, & quæcunq; tunc operatus est, expendamus. Hæc licet singulos facerent articulos, singulosq; postularent sermones, tamen breuitatis causa in vnum coniungamus. Euangelium enim de Ihs non tacuit, vnde quæ dicturi sumus, adducemus. Itaq; post lotionem illam pedum discipulorum suorum compunctione & amore plenam, quam nemo absq; lachrymis potuit vidisse: quis enim sic potuisset videre oculis, Iesum Deum & Dei filium, ante singulorum pedes procumbere, illorum pedes lauare, extergere, & (quod putandum est) osculari? meritò Petrus hanc Christi humilitatem expauit, dicens: *Domine, tu mihi lauas pedes?* Scio quis sum. Peccator sum. Scio etiam quis sis. Deus meus es tu. Surge Domine, non possum sustinere hoc. *Non lauabis mihi pedes in æternum. Si non lauero te, ait Iesus, non habebis partem mecum.* Cito ad hanc vocem Petrus mutatur: & quod ante videbatur intolerabile, iam rogat vt fiat. Multo enim illi erat durius separari, quam lauari à Christo. Atq; idèd ne saltem hoc fiat vt separetur, hoc est, ne nullâ sit habiturus partem cum Christo, offert & manus & caput: atq; totum se lauandum, nedum pedes solos. At *qui lotus, inquit Dominus, in baptismo scilicet, non indiget iterum baptizari aut lauari:* opus tamen est illi vt lauet pedes, quia mundos non potest seruare suos pedes, hoc est, suos affectus quibus terram tangit, & pulueribus propterea necessum est vt inquinentur, ac lotionem egeant.

Post igitur lotionem illam maxima deuotissimâq; Christi humilitate insignem, recumbens iterum ad mensam Dominus, discipulos suos fecit venerabili lateri suo assidere: & eum quem præ cæteris familiarius suauiusq; diligebat, Ioannem (qui dilectionis Christi futurus erat testis non sperendus, videlicet postea dum Euangelium scriberet, dicens: *Cum Iesus dilexisset suos, in finem dilexit eos*) ad sinum suum recipit, supra pectus suum fecit recumbere, brachium super illo suum expandit: & somno dulcissimâ contemplationis immissa, in Diuinitatis suæ dulcissimâ, pulcherrimâ ac gaudiofissimâ lucem traxit profundissimam atq; clarissimam. Cæperunt subinde, suauissimo Iesu loquente, ergo omnes tenerrimi amoris verba, velut matris præ affectu nimio se continere non valentis, ab eodem emanare. Siquidem inter loquendum nunc quidem amicos, discipulos suos vocat: nunc rursus blandius de-

Beneficijs Christi omni nos merito sustentari.

Ephes. 1. Dilectionem suam erga nos quomodo clarius ostenderit Christus.

Ioan. 13.

Ioannes à Christo familiaris suauisq; dilectus. Ioan. 13. Amoris tenerrimi verba cuiusmodi Christus ad discipulos locutus sit.

mul-

- mulcendo, nominat filios. Nunciat suum ad illos amorem, & ad redamandum se illos potenter inuitat. Secreta Patris, utpotè amicis intimis, illis reuelat. Sermonem deniq; mellissimum illis contexuit, amore & consolatione plenum, quo certè suum indicat amorem, suamq; diligentiam, quo de sublimibus erudit, de futuris præmonet, de instantibus iamq; imminentibus instruit. Charitatem præcipit, de qua sæpius repetendo quanti hanc faciat comonstrat: nec iniuria quidem, cum ipse, vt Ioannes dicit, Deus sit charitas. De hac loquens: *Hoc est, inquit, meum præceptum, vt diligatis inuicem.* Hanc quoque suæ militiæ dicit esse signum: *In hoc, inquit, cognoscent omnes quod estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Ad patientiam malorumq; persequerentiam summopere exhortatus est, seipsum pro infirmorum confortatione exemplum ostendens: *Si, inquit, mundus vos odit, scitote quia priorem meo bis odio habuit. Non est discipulus super magistrum. Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Hortabatur ad perseverantiam, quia non relicturus esset eos orphanos, sed se rediturum, iterum illos ipsum visuros, iterum gauisuros. Nihil præterea eorum quo sui arctius imprimeret memoriam, nihil quod ad imitationem illos extimularet vehementius, nihil deniq; quod animi roboraret fortitudinem, apud illos intermisit. Addit autem ad hæc etiam promissa, quorum multa compleuit, quædam verò adhuc implenda perficiet. Neq; enim illa tempora (nascentis videlicet Ecclesiæ) tantum, verum etiam vsque in finem mundi respexit: nec solis Apostolis, sed nobis quoq; in illis locutus. Quæ autem promisit, sunt indeficiens erga illos sua dilectio, visitatio, consolatio, inhabitatio, quod eos non sit relicturus orphanos, quod mitteret eorum ractum, ipse quoq; ad illos rediret, & ad sui visitationem gaudio forentia eorum implenda. Promisit quoq; se cum Patre venturum, & apud eos mansionem facturum. Consolabatur deinde eos super orationibus eorum, quæ exauditurum se promisit: patriq; dilectionem qua illos amaret, nuncians. Quid multa? prædixit eis gaudium cordis futurum, pacem pectoris, dulcedinem fruitionemq; beatitudinis, cælestium possessionem gaudiorum, in exitu mo deniq; iudicio affectionem secum in iudicio ad iudicandum illis pollicens est. Roborauit præterea fidem eorum & facultatem confirmauit in miraculis & signis faciendis, nec tacuit eis assequutionem gloriosi fructus in prædicatione fidei, & electorum conuersione ac salute, aliq; complura, quæ ad illorum tunc pertinebant consolandam mœstitiam, tunc quidem illis promissa sed postea etiam compleuit. Verùm tunc non promissa sola dedit, sed etiam contulit munera. Dedit enim illis sui potestatem, hoc est, super carne & sanguine suo, super corpore suo vero, cui diuina natura inseparabiliter est vnita. Constituit illos super corpore suo mystico. Dedit enim illis licet mortalibus cæli terræq; imperium. Dedit illis item principatum super reges & imperatores, super potestates & principatus terrestrium & infernorum. Constituit eos iudices seculi, commisit regni cælorum clauis, eorum iudicio ac diuina mundam subiecit vniuersum, sacerdotes illos ipsemet ordinauit: & superætorum omnium autoritatem confirmans, impresso illis caractere condecorauit: fecit eos curiæ atq; politiæ suæ Christianæ magistrum, cancellarium, thesaurarium, præfectum, iudicem, duces, & (quo semel omnia complectar) in terris vicarios. Præter hæc omnia, quo amorosæ pietatis suæ sollicitudo

Ioan. 14.

1. Ioan. 4.  
Ioan. 13.Exhortatio  
Christi ad  
patientiam  
& perseue-  
rantiam.  
Ioan. 15.  
Ioan. 14.Promissa  
quædam à  
Christo non  
solum Apo-  
stolis, sed et-  
iam nobis  
facta sunt.  
Ioan. 14.  
Ioan. 16.Ioan. 14 15.  
16. 17.  
Consolatus  
vt fuerit  
Christus A-  
postolos.  
Matth. 19.Apostoli  
quantis mu-  
neribus sub-  
limati sint  
à Christo.

Lucæ 22.

Oratio Christi  
ardentiffima pro  
suis electis.

Ioan. 17.

Charitas  
Christi ma-  
xima in quo  
nobis exhibita sit.

Matth. 18.

Corpus &  
sanguinem  
suum cur  
Christus sub  
sacramento  
nobis reli-  
querit.

Psal. 110.

Eucharistiæ  
virtus & ex-  
cellentia  
quanta.

lis fieret manifestior, pro ipsis tum quando orabat, præsentibus atq; audientibus, ad Patrem ardentissimam fudit orationem, cupiens indiuiduæ eos Trinitati cõniri. Quamobrem Patrem rogauit à malo eos præseruari, in bono conseruari, sanctificari in veritate, in veri luminis sanctificari claritate, per charitatem inter se, secumq; ipso vnũ fieri, in perfectione consummari: ad extremum rogabat, vt in gentibus conuertendis, in Dei filijs colligendis, faceret fructuosos. Sed nunquid hæc omnia discipulis solis impartiri voluit? Haudquaquam, sed contulit eadem quoq; futuris etiam electis suis, sacerdotibus & animarum pastoribus, multa item cunctis electis suis. Sed videte adhuc mirabilius atq; grandius aliquod beneficium, indiciumq; immensæ charitatis, quod omnibus electis generatim exhibuit, in quo reuera prorsus incomprehensibilem, ne solum dicam maximam, excellentissimam vè, charitatem suam nobis omnibus indignis profudit. Siquidem vtilissimo beneficio indicioq; dilectionis suæ copiosissimo, se totum nobis contulit, quando corpus suum nobis in cibum, & sanguinem in potum præbuit: cunctisq; vsq; ad con-

summationem seculi id ipsum in suæ dilectionis memoriam sumendum instituit, atq; in forma & specie sibi propria, licet recederet, sub Sacramento tamen & speciebus panis & vini, torus Christus, verus Deus & homo semper nobiscum manere voluit. Quare hoc? Certè vt suæ passionis, vt suorum mirabilium, vt suorum beneficiorum, suæq; copiosissimæ & feruentissimæ dilectionis erga nos memoriam in nobis relinqueret, in nobis seruarer, quotidie refricaret, atq; ad sui nos amorem indies renouaret. Ad hæc vt nos in se transformaret, sibi incorporaret, sibi vniuer, atq; cum suo spiritu, atq; per eundem subinde cum Trinitate sancta nos vnũ efficeret. Quod quantæ sit dignationis, quantæ charitatis, Christum nobis hoc facere, omnino est ineffabile: quantæ verò sit vtilitatis, eis potissimè notum arbitror, qui beneficio hoc dignè vtuntur. Vtuntur autem dignè hi soli, quos misericordia diuina dignos facit, aut ceu dignos habet: nempe ij qui humiliter cum odio suorum peccatorum, & bona voluntate nunquam posthac scienter Dominum offendèdi, accedunt. Et quamuis quidã ex propriæ infirmitatis experientia metuant se non perseueraturos in hac bona voluntate, si tamen bona voluntas bona manet, & quã diu manet, nihil eos impedit timor recidiui: quandoquidem peccare haudquaquam proponunt, licet continere se non diu posse timeant. Hi inquam in bona voluntate quamdiu constituti sunt, à Deo pro dignis habentur. Neminem tamen satis explicare posse arbitror, quæ virtus in hoc Sacramento lateat, quia totum est ineffabile: & quicquid de illo dicitur, aut nihil dicitur, aut nunquam satis dicitur. Inde igitur sit hoc beneficium charitatis Christi commendatum, quod ingenium humanum sua excellentia superat, & doctissimos quosq; mutos & elingues facit.

*Iesus ingratitude a suis pro immensis beneficijs receperit.*

**H**Ac secunda parte argumenti declarata, prior pars quæ nostram manifestat ingratitude, tractanda est. Vide enim quis sit, qui nobis hæc omnia fecit, nempe Deus & Dominus noster Iesus Christus. Quare fecit? propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos. Quibus hæc beneficia contulit? nempe eis quos ingratos futuros sciebat. In eos inquam amoris benefi-

Partis altius  
Argumenti  
applicatio.  
Roma, 5.

V

cia con-

cia conferebat, quos licet arctius ipse amaret, ab eis tamen erga se amoris non ignorabat defectionem. Sciebat enim ab vno suorum se tradi in mortem, a alio negari, ab omnibus fugientibus se relinqui. Et ij potissime erant sui, qui amabat. De ijs in sequentibus vbi data fuerit occasio, loquemur. Caeterum quia dixi, Dominum non solum in Apostolos hæc beneficia contulisse, sed et alios quoque sacerdotes & animarum pastores: pensemus clericorum, sacerdotum, nostram, totiusque mundi ingratitude? pensemus inquam peccatorum enormitatem indignè celebrantium, impurè communicantium, quorum peccatis tanto magis offenditur Deus, quanto maioribus illos dominus honorauit. Horum tamen vel infirmitas, vel ingratitude, aut impietas non pertulit charitatis huius obturare scaturiginem, quin totum se in nostram virtutem nobis profunderet. Heu proh dolor, videamus hæc tempora, quot irrefes, quot perfidia, quot cōtemptus, quot denique irrisiones nimium blasphemæ huic fiunt reuerendissimo Sacramento, quam indignè etiam nunc ab indignis multis sumitur, quam irreuerenter tractatur. Quæ omnia tum quando hoc instituebat Sacramentum, Christus prauudit: non tamen (vt dixi) lectos suos propterea tanto charitatis suæ beneficio destituit.

Præcatio præparatiua ad Eucharistiam sumendam.

**D**omine noster Iesu Christe, fac nos mundo humiliter, corde, & deuotione casta & reuerentia ad hoc Sacramentum accedere, eiusque reuerentiam fructum in vitam eternam, qui sis perpetuo ab omnibus benedictus.

DE PAUORE TRISTITIAQUE CHRISTI IN monte Oliveti. Theorema V.

ARGUMENTVM.

**D**ominus qui tristibus dat omnibus consolationem, mutantibus securitatem, qui tædio quoque deficientes confortans erigit, hic vltro in pauorem tædiumque adductus, timet: & tristatur vsque ad mortem.

IESUS CUR TRISTITIA AFFECTUS SIT VSQUE ad mortem, quo item sui in omnibus afflictionibus conuolare debeant. Concio V.

**A**rgumentum hoc tres in se articulos habet, & tres peteret sermone. Verum quia in materia sunt coniuncti, simul omnes in vnum sermone coarctabimus, ita tamen, vt singulatum singuli explanentur. Continet enim argumentum hoc, vt dixi, hæc tria: Securitas sibi metuit, Longinimitas tædium passa est, Lætitia conturbatur seu tristis fuit. Hi tres articuli sunt, quorum quiuis duas habet partes, hoc est, quilibet suum habet contrarium positum obiectum. Quamobrem vt singuli excutiantur oportet. Primus erat articulus, Securitas sibi metuit. Cunctis est mortalibus manifestum, vbi cunq; fuissent homines, qui mortis essent periculo expositi, calamitas vbi obruti, inter irruentes timores animique fluctuationes, id vnicum illis semper

Securitas vt sibi metuit.

remanfisse folatij, vt spe omni alia deſtitutis, refugium eſſet ad Dominum, tanquam ad vnicum ſecuritatſis immunitatiſq; aſylum. Teſtatur hoc ipſum qui expertus fuerat, Iofaphat rex Iuda. Hic enim cum formidaret egredi in praelium contra filios Moab & Ammon, qui vt pote fortioreſ, prouocare ipſum audebant in bellum, huiuſcemodi ſe verbis ad Dominum contulit, orans: *In nobis, inquit, Domine non eſt tanta fortitudo, vt reſiſtere tanta poſſimus multitudini, qua irruit ſuper nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.* Non inaniter ſic orauit, nec eum ſua ſpes ſefellit. Domino enim fiduciam orantiſ acceptante, factum eſt vt hoſtes, in ſemetipſos arma conuertendo, caderent omnes, adeo vt ne vnus quideꝝ ſuper eſſet, qui necē potuiſſet euadere. Iofaphat verò à timore ſimul & periculo liberatus, Dominum benedixit. Hoc modo Ezechias quoq; regem Aſſyriorum, Sennacherib ſcilicet blaſphemum, propter eiufdē minas metuens, dum in aſſiſtione eſſet animi conſtitutus, & propterea ad orandum Dominum, cui ſoli ſpe innitebatur, ſeſe contuliſſet, Aſſyriorum exercitus proſtratus per manum Angeli, ſuperbiæ ſuæ minas luit, timore Ezechiam leuauit, ſecuritatē ciuitati reſtituit. Obſederant enim Aſſyrii ciuitatem, ſed vna nocte centum octoginta quinq; millia virorum vnus Angelus percuffit, Domino ſecuritatē ſeruo ſuo Ezechiaꝝ quia in Dominum ſperauerat, reddente. Diſcipuli quoque Chriſti, vt de noſtro quoq; teſtamento non nihil afferamus, cum in mari eſſent, & ſurgente maris tempeſtate magna formidarent omnes, quippe, qui inter vitæ pericula verſabantur: nonne Dominum in eadem nauī dormientem & ſecurum excitabant, maris tempeſtati illum obijcientes? Et quid excitato Domino, quid clamantibus in nauī: *Domine ſalua nos, perimus, factum eſt?* Surgens (ait Matthæus) *ieſus, imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Timendi itaq; occaſionem diſcipulis ademit, quia ſecuritati reſtituit. Hæc alijs compluribus, imò innumeris penè poſſent probari exemplis, quomodo formidoſoſ Dominus à metu exemerit in ſe ſperantes: quomodo vè eos qui in periculis ſuère conſtituti, ſe inuocantes libertati atq; ſecuritati reddiderit. Nunc verò idem ipſe (vt eius contrapoliſtam alteram partem inducamus) ſibi, qui eſt aliorum ſecuritas ad ſe confugiendum, metuit. Metuit autem, quia voluit. paſſiones enim in Chriſto non dominabantur, ſed Chriſto ſeruiabant: nec rationem præueniebant, ſed ſequebantur: ideo dicit Euan-geliſta: *Cœpit pauere & tædere.* Cœpit igitur pauere, quando voluit, quia non eſt pauore obrutus, nec neſciens aut nolēs, ſed ſuapte voluntate timori ſe ſubiecit, horrens pauenſq; iuxta ſenſualitatem humanæ naturæ, quod ſibi imminēbat, hoc eſt, paſſionis multitudinem, dolorum immanitatem, multiplici-tatem pœnarum, mortisq; acerbitatem.

*Ieſu longanimitas vt tædium paſſiſſe ſit.*

Quod verò ſecundo dixi comprehendere articulum hunc: Longanimitas tædium paſſa eſt, penè cum priorē eandem rem explicat: quare breuiter eſt elucidandus. Legimus puſillanimes tædioq; aduerſitatum penè deficientes multos, quos Dominus ad longanimitatem rurfus erexit: è quibus, verbi gratia, adducere poſſumus Eliam. Hic enim cum prophetas Baal quadringentos & quinquaginta manifeſto prodigio calitus facto, victos occidif-

Refugium  
in periculis  
habendum  
ad Deum.

2. Paral. . 10.  
Fiducia Iofaphat regis  
in Deum.

Ezechiaꝝ ſpes  
qd cōſecuta.

4. Reg. 19.  
Eſaiæ 37.

Periculis expoſiti  
quomodo per  
inuocationē  
Dei liberentur.

Marc. 4.  
Lucæ 2.  
Math. 8.

Paſſiones  
naturales  
quomodo  
fuerint in  
Chriſto.

Marc. 14.  
Pauorem  
Chriſti vo-  
luntarium.

Puſillanimes tædioq;  
affecti quomodo diuinitus conſolati ſint.

2. Reg. 18.

- cidisset, regina Iezabel cultrix Baal, illi mortem est comminata: propter  
 ius minas enim fugeret, & in deserto tristis, fameque ac inedia confectus, sub  
 nipero solus ac fessus requiesceret, petens animam suam ut moreretur, in vmbra  
 obdormiuit iuniperi. Mox autem illi dormienti astat angelus, qui à se exci-  
 tum monuit, vt surgens comederet. Qui surgens, repertum ad caput subcon-  
 ritium panem comedit, aquamque in vase ebibit: rursusque obdormiens, ab  
 gelo denuò excitatur, & vt comedat ac bibat, propterea quod grandis illi  
 ster via, admonetur. Sequiturque, vbi denuò, siue bis comederat: *Et ambulauit  
 in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei Oreb, &c.* Ille enim qui cibum cu-  
 pori administrauerat, depulso tædio, animam quoque fortitudinem addedit.  
 Non prætereunda hoc loco est Sara Ragnelis filia in ciuitate Medorum, quæ  
 cum septem subinde fuisset viris desponsata, omnes ij à diabolo antequam  
 tetigissent, fuerunt præfocati. Hoc cum Sara sibi impropertij loco ab vna  
 cillarum audisset impropertari, puta quod septem esset interfectrix virorum  
 confternata ipsa valde, in orationem sola se dedit: tribusque diebus ac nocti-  
 bus non comedens, hoc à Domino petiuit, vt se ab hoc liberaret impropertij  
 aut certe si mallet, ex hac vita mortali euocaret. Quo tempore sanctus quoque  
 Tobias cum cæcitatatis plagam patientissimè à Domino sibi missam ferret,  
 nihilominus de vana spe sua in Deum insultante sibi vxore malè audiret,  
 pace petijte recipi spiritum suum, propterea quod (vt aiebat) magis sibi mor-  
 quam viuere expediret. Missus igitur à Domino Raphael Angelus, vt rursus  
 curauit, vtriusque tædium abstulit, vtriusque gaudium cumulatam auctumque re-  
 tuit, ab illo dæmonium expellens, huic oculorum lumen restituens. Hoc  
 do Annam Helchanæ vxorem, propterea quod sterilitatis opprobrium ab  
 mula sibi obiectum dolebat, flentem non paulò post consolatur sancto pigre  
 re, quo sterilitatis careret opprobrio. Non dissimili modo tædium facit  
 Joachim & Annæ auorum suorum ex sterilitatis probro conceptum abstru-  
 atque in gaudium quod tristitia fuerat mutis, per benedictum Annæ fructum  
 puta Mariam ex se genitam, commutauit. Vides iam (quod huius articuli  
 eundam partem respicit) quomodo is qui aliorum pusillanimitatem erigit  
 qui depellit tædium, qui animo imbecilles confortat, ipse pusillanimitatis pro-  
 pter nos factus, tædet?

*Iesus lætitia ve contristatus sit.*

- H**ic iam consentit tertius articulus, qui erat, Lætitia contristata est. Il-  
 le namque qui tristes alios consolatur, ipse ad mortem vsque sit tristis.  
 Nam tristes alios quis consolatur, nisi ipse qui lætitia & consolatio  
 mnium est merentium? Quomodo verò Iudæos sapenumero consolatus sit  
 vehentissima tristitia affectos, testatur vetus testamentum in omnibus partibus  
 libris, maximè tamen in Psalmis & Prophetis: qui post mala, post commu-  
 nationes, post captiuitates quas prædixerant, quas Iudæi quoque captiui sapienter  
 experti fuerant, multas etiam consolationes à Deo promiserunt. Atque Ieremias  
 Dominus: *Sicut, inquit, mater consolatur filios suos, ita & ego consolabor vos.* Et  
 alia innumera huiuscemodi afflictis promittit. Quod Dauid quoque sententiam  
 sapientissime afflictus, exul, tristis & persecutus, sed consolatione liberationeque  
 diuina nunquam destitutus, dicens: *Iuxta est Dominus Ihs qui tribulato sum con-*  
 Consolatus

Quomodo  
 Iudæos sapienter  
 consolatus  
 sit Deus.

Esaiæ 66.

Psalm. 33.

Consilium quoque ad prouocandam sibi Dei misericordiam præbet vir sanctus & expertus, dicens: *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Psalm. 54. Item: *Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.* Cæterum, vt ex Psalm. 31. multis vel vnam historiam recenseam, vbi Dominus Iudæorum consolatus sit tristitiam, recolat qui diuinos legit libros, Esther reginam, Mardocheum, Esth. 4. 5. reliquosque omnes Iudæos, in quantam tristitiam atque expectationem mortis, Aman ex odio Mardochei illis exterminationem & vltimum excidium machinante, venerint: Deo tamen miserante, iterumque in consolationem & gaudium cuncta vertente, liberati sint, aded vt quasi de vinculis mortis ijs iterum Domino miserate ereptis, noua lux oriri visa sit, gaudium & tripudium apud vniuersas gentes. Videatur historia (longa est enim) ex libro Esther, quia nos ad alia festinamus. Hoc modo in libris Iudicum, Ruth, Regum, Iudith, Machabæorum infinita reperies: è quibus discitur, tristes, afflictosque quam libenter consoletur Deus. Deinde in nouo quoque testamento Apostolis nonne paulò ante cum tristitiam eos passuros prænucciafferet, consolationem mox adiungens: *Sed tristitia, inquit, vestra vertetur in gaudium?* Nonne omnibus electis, qui in hoc mundo per tribulationes eunt ad regnum cælorum, qui hic per arctam ambulant viam, & per angustam intrare portam contendunt: qui persecutionem, quoniam piè volunt viuere in Christo, hic patiuntur, reddet consolationem, tristitiæque dabit finem? *Absterges enim Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum,* &c. Verùm non solum post hanc vitam, sed hic etiam in tribulatione constitutis, nunquam deest consolatio diuina, Paulo dicente: *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.* Hic igitur qui omnium sanctorum est gaudium, festiuitas & corona, qui tristes omnes consoletur, hic iam in tantam tristitiam est adductus, vt dicat: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Hæc verba quomodo sint intelligenda, vndeque tristitia Christo tanta orta sit, quia in prima passionis elucidatione dixisse me recolo, illuc lectorem remitto.

Tristes afflictosque quam libenter consoletur Deus. Ioan. 16. Act. 14. Matth. 7. Luca. 23. 2. Tim. 3. Apocal. 21.

2. Cor. 1.

Matth. 26.

Præcatio pro mititate & patientia.

**T**ibi autem pie Iesu omnes tristitias nostras in tuas offerimus, illis quaesumus tuas, & omnem à nobis leuitatem repellas. Fac etiam pie Iesu, vt nulla in nobis tristitia resideat, qua propter te aut tui amore non concipitur, sed ex priuato aut mundi amore nascitur, vt ad omnia iuxta tuum beneplacitum, ad gloriam quoque tuam, & agenda persciamus, & patienda sustineamus, in te & per te alacres, atque tui semper amore feruentes, qui es benedictus in æternum, Amen.

DE ORATIONE DOMINI IN MONTE OLINETI. Theorema VI.

ARGVMENTVM.

**I**lle cui subiecta sunt omnia, cuius omnipotentia cuncta quæ vult, potest in cælo, terra, mari & vbique, velut omnipotens, & aliena egens ope, orat.

IESVS ORATIONE SUA AD PATREM COELESTEM, QUAMAM SUOS ELECTOS DOXERIT. Concio VI.

Esaie 60.  
Phil. 2.

Oratio hæc  
Iesu quanta  
humilitatis  
fuit.

Oratio quanta  
humilitate ac reuerentia fieri debeat.

Ceremoniarum irrisores, erubescant.

Christus quantum Deum præ omnibus honorauerit semper.

Blasphemiae crimen quæ iniuste Christo impostum.

Ioan. 10.  
Ioan. 19.  
Lucæ 22.

Matth. 26.

Christi potentia quam terribilis sit demonibus  
Marci 5.

**I**lle cuius adorantur vestigia, quomodo scriptum est, *venient & adorabunt vestigia pedum tuorum*: ad cuius nomen vbicunq; fuerit auditum, *omne genu flexitur, celestium, terrestrium & Infernorum*: cuius Maiestati Angeli, Archangeli, Virtutes, Dinationes, Throni, Principatus, Potestates, Cherubin, ac Seraphin inclinant: quem in terris Principes, Reges, Imperatores, Prælatiq; vniuersi adorant & tremunt: cuius potentiam, imperiumq; Cæli ac terra contremiscit, hic genibus flexis, in faciem procidit super terram: atque humiliando se, orat supplex ad Patris sui colendissimam maiestatem. Expende iam hæc verba, & vide, sit ne miserabile, Dominum maiestatis omnipotentem, qui verbo creauit omnia, qui omnia regit & gubernat, videre in facie super terram, supplicem afflictumq; tui causa, & ad Patrem pro se orantem? Vide diligenter & attende, quanta humilitate, quanta reuerentia quoque tu ad orationem accedere debeas coram diuina maiestate, cum sis homuncio vilis, vermis, cinis & puluis. Certè Dominus Iesus, Deus & Dei filius, patri hanc (vt vides) reuerentiam, hunc latræ cultum exhibet. Erubescant igitur qui ceremonias omnes tam religiosas irrident, quandoquidem in Patris honorem tam studiosè ijs Christus vsus est.

Certè non fuit vlla creatura, quæ tantam reuerentiam, quæ tantam subiectionem, quæ denique parem cum Christo honorem latræ vè cultum Deo exhibuerit. Nemo inquam Deum Patrem, quomodo Christus, magnificauit: nemo tantum illi honoris obtulit, & tamen blasphemiam ab iniquis accusabatur: imò hoc solum fuit, quo coram turba Scribæ & Pharisei Pontificesq; ac seniores Christum infamare, quovè fauorem & gratiam turba ab eo nitabant auertere, quia blasphemiam eum infimabant, dicentes quod contra Deum se erexerit, quod Dei se filium dixerit: vnde necesse foret, illum iuxta legem mori. Inde enim turba mota, illum lapidare volebant, inde Pontificibus instructa, ante Pilatum clamabant: *Crucifige*. Pontifices enim cum nullam haberent mortis causam, quam alligarent apud Pilatum, quod suo diceretur loco, Iesum introduxerunt in concilium: & adiuratione super eum facta, extorquebant vt se filium Dei atque Christum confiteretur. Quod dum esset confessus, mox illi blasphemiam crimen imposuerunt: & hoc illi pro causa mortis, quam sufficere iudicabant, intulerunt, dicentes: *Eccè adisti blasphemiam. Quid vobis videtur? dicunt omnes: Reus est mortis*. Nequam Dominus Iesus erat propterea reus mortis, quod id quod verum erat, hoc est, quod se Dei filium faebatur: quin potius illi in concilio hoc contra Iesum congregati, blasphemiam erant & morte digni, quia Christum ad id viliter tractabant blasphemantes. Christus quoque, si possibile fuisset, vt se filium Dei negasset enormiter blasphemasset. Sed hoc longè abest à Christo, qui Patrem suum honorauit præ omnibus. Deinde Christi potentia quam sit demonibus quoque terribilis, quantumq; inferni hanc formident potestates, imò quam tremantes nomini eius sancto genua incuruent, quamuis non diligant, ex energumeno illo constat, quem, Euangelista teste, demonum legio obsederat. Hic enim tanta liceret ferocitatis, vt neque

cate-



catenis ferreis teneri, neq; cippo posset ligneo constringi, solutus tamen tenentium se manibus, dum Christo occurrit, ad eum illum non læsit, vt etiam adoratum roget, ne se torqueat, neq; extra regionem se expellat. Itaque hic cum omnibus alijs ad eum factus esset terribilis, vt nemo non metueret illac transire, vbi illum nouisset morari, morabatur autem in mortuorum sepulchris & iugis montium: procidens tamen ante Christum, ipsum adorat. Metuebat enim Dominum, quamuis à nemine non alio ipse formidatus. Neque enim Iesu ignorabat potestatem, cuius agnouerat maiestatem atque virtutem, quandoquidem Dei altissimi nominat filium: adiurandoque illum rogat, ne se torqueat. Torquebat verò semetipsum quotidie lapidibus tundens. Demum Christus quam sit in omnia potens, quamque elementa, mare & venti obediunt illi, testatur quod super mare ambulauerit, quod discipulis in mari periclitantibus ac trepidantibus, ipse & ventis & mari imperarit, dicens: Obmutescite, quod tempestatem verbo sedarit, quod Petrum denique super undas iusserit maris incedere, hæc inquam omnia nonne illius omnipotentiam satis manifestant? Hic igitur omnipotens qui solo verbo creauit omnia, qui nutu vniuersa gubernat, in quo omnia subsistunt, & qui omnia continet: qui etiam si vellet, subito vniuersa perirent: & quomodo ex nihilo sunt, in nihilum redigerentur: rursusque quoties vellet, quæ fuerant, ex nihilo eadem posset reparare, singula quoque in locum & ordinem suum quem ante habuerant, reponere: hic, inquam, quasi omninò foret infirmus ac impotens, orat. Orabat autem Patrem, si possibile sit, transire à se calix iste, passionem calicem vocans. Nam licet secundum naturalem sensitiuumq; appetitum vehementer paueret & horreret passionem, cuius gratia hic orabat à se tolli calicem, si possibile foret: hoc est, si deceret congrueretque, vt alio genus humanum redimeretur modo, ne se pati ac mori foret necessum: nihilominus tamen quia ardentem passionem iuxta appetitum rationalem sibiuebat, quomodo sitiens vehementer cupit potum, ideo passionem nominat calicem, quia iuxta rationem rationalemq; appetitum, vehementer pro salute nostra illum bibere desiderabat. Huius rei gratia adiungit orans: *Veruntamen non quo ego volo*, iuxta sensualem appetitum, quem tibi subijcio: *sed quod tu vis*. nam iuxta voluntatem hanc rationalem ego id ipsum quoque tecum volo. Fuit autem ad eum oratio hæc cordi atque seriose, vt ter licet eam ad discipulos iturus interrumpere, ter tamen quoque ad eandem rediens, quod ante orauerat iterum oraret.

Omnipotē-  
tiam Christi  
quomodo  
elementa  
sunt testata.  
Matth. 8. 24.

Matth. 26.

Calicē cur  
nominetur  
passionem  
suam Chri-  
stus.

Oratio hæc  
Christi quā  
fuerit serio-  
sa.

#### Precatio pro confidentia in Deum habenda.

**B**enignissime Iesu, da nobis in omni pressura per orationem & fidem ad te confugere, in te solo confidere, tuo nos beneplacito resignare: omnia cum gratiarum actione, tam tristia, quam læta, de manu tua suscipere, atque perseruisime nos tua prouidentia committere ac resignare, qui es benedictus in æternum, Amen.

DE

ARGVMENTVM.

**Q**ui alijs animi largitur fortitudinem ac strenuitatem, hic trepidat: secumque colluctans, in agone mentis constituitur. Et licet in maxima tunc esset ipse tristitia ac pressura constitutus, & orationi vacaret sedulo, tamen ceu oblitus sui, tristitiam sibi suorum præfert adeo, vt intermissa oratione, ter eat eisdem consolatum.

*IESUS FORTISSIMUS OMNIUM, CUNCTISQUE  
fortitudinem tribuens, vt velut infirmus constitutus sit in immenso agone mentis. Concio VII.*

**A**rgumentum hoc duos continet articulos, puta quia fortissimus, alijque fortitudinem tribuens, in agone constituitur mentis: alius vero est qui in maxima constituitur pressura, quasi seipso posthabito suorum curat tristitiam. Vterque etiam articulus suum habet obiectum. Primum igitur articulum hoc modo explanabimus. Christum esse fortitudinem ac strenuitatem, hoc est, vnde omnes alij eius serui confortantur atque animo robentur, clarum fieri facile ostendetur. Strenuitatem hic animi vocamus fortitudinem, qua suos Dominus bellatores, tum in veteri, tum in nouo testamento excellenter confortauit. Et vt Abraam, Dauid, reliquosque Domini bellatores intermittam, Iosue tantum & Gedeonem adducam: quorum ille post transitum Iordanis & expugnationem vrbs Iericho, cum exercitum missum ad expugnandam ciuitatem Ahi, fugit populus Israel hostes suos, & aliquot ex Israel cæsi sunt. Quamobrem Iosue afflictus animo est vehementer: suscitque vestibus, ac puluere super caput sparso, ante arcam Domini prostratus orabat. Erat autem tunc cor omnis populi exterritum, & propter calamitatem quam acciderat, disfluebat sicut aqua fusa super terram. Confortauit igitur Dominus cor Iosue, plagæ huius indicans causam fuisse quorundam delictum: quo deinde expurgato, constituit eundem animo reddito victorem, & suorum hostium contemptorem. Et vt videas in quantam rursus sit animi fortitudinem post illam trepidationem priorem erectus, quantamve post illam de Deo sumpserit fiduciam, lege quod pauld post in pugna contra quingentes Amorrhæorū sequitur. Nam dum hostes persequeretur atque ad hoc diem sibi videret deficere, soli ad occasum vergenti atque lunæ, extensa præcepit manum sistere gradu, nec mouere se de loco, aut luminis iubar subtrahere, donec plenam de hostibus expectatam sumpisset vtrionem. Quod etiam factum est, vt dies vna duorum haberet dierum tempora, Deo ad præceptum hominis obediante. Porro post mortem Iosue cum populus Israel à Madianitis vehementer esset oppressus, qui in tanta ascenderant multitudine contra Israel, vt multitudinè possent comparari arenæ maris: nonne Dominus Gedeonem parantem se ad fugam à facie Madianitarum, spiritu induit fortitudinis, vt cum puero

Fortitudinē esse Christum, quia omnes serui eius confortantur.

Iosue 7.

Iosue quam excellenter à Deo confortatus fuerit.

Iosue 10.

Indic. 6. Gedeoni quanta diuinitus fortitudo data sit

puero solo primum noctu intraret castra Madian, deinde cum trecentis viris vniuersam illam multitudinem penè innumeram conturbaret, persequeretur atq; caderet? Quid de Machabæis referam, qui pro sanctis & pro legibus à Domino sibi datis pugnantes contra reges tyrannosq; cum ipsi essent pauci, innumeros hostes vicerunt? At quis hunc illis animum, quis hanc præstitit fortitudinem, nisi hic quem nunc dicimus per angustiam atq; pressuram mentis in agonem venisse? Quid de testamenti vtriusq; martyribus dicam? Quis matri & septem filijs Machabæis immensos variosq; cruciatus, Antiocho pessimo rege iubente, perferentibus, tantam animi constantiam ac fortitudinem præbuit, vt minis pœnisq; ac promissionibus blandis omnibus simul spretis, sponte sese traderent in pœnas & mortem, nisi hic ipse, cuius amore pati maluerunt, quam ipsius leges deferere? Nolebant enim contaminare se escis gentium, sed magis obedire Dei mandatis: idcirco hæc eodem Domino confortante, tolerabant. In nouo item testamento quis sanctorum martyrum enumeret multitudinem, qui corpora sua falsi sunt laniari, vri, secari, atq; truncari: nec ad momentum quidem cedentes tyrannis atque tortoribus, sed inter ipsas pœnas Deo gratias agebant? Certè & horum quidam penè infantes puellæq;, blanditias non minus quam pœnas, imò mundum vniuersum cum parentibus & amicis spreuerunt, vt Christo placerent. Quis illos confortauit, vt accensis animis, flagrantibusq; desiderijs ad martyrium (vt alij ad epulas) currerent, ad pœnas vltro sese offerrent, atq; pœnarum multiplicium immanitatem supra humanas vires ferrent? Quis inuictum hunc illis animum infudit, nisi hic cuius ob amorem seipsos contemnere didicerunt? Hac animi strenuitate indui nos cupiebat omnes, dicens: *Nolite timere eos qui corpus occidunt, sed eum timete, qui potestatem habet animam & corpus mittere in gehennam.* Itemq;: *Capillus de capite vestro vobis non peribit.* Et illud: *Dum steteritis ante reges & presides, nolite præmeditari quomodo respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non possunt contradicere omnes aduersarij vestri.* Idem tamen qui confortat alios, virtutem illis animumq; præbens atq; constantiam, in agone constituitur ipse, aded vt præ cordis angustia (dum hinc pœnas horreret mortis ex naturali sensitiuaq; parte, istinc verò per rationalem voluntatem omnibus modis easdem desideraret propter nostri redemptionem) sanguinem sudaret naturalem, copiosumq;, licet præter naturæ consuetudinem, Angelicq; astantis admitteret confortationem. In omnibus enim, nobis voluit assimilari absq; peccato, & humiliari, discereq; ex ijs quæ patiebatur, non tam sapientia, quæ perfecta in eo fuit ac consummata, quam experientia, vt infirmitati nostræ quomodo compateretur, sciret.

1. Mach. 5.  
Machabæorum fortitudo vnde.

2. Mach. 7.  
Martyribus quanta fortitudo atque constantia a Deo collata.

Matth. 10.

Luca 21.  
Ibidem.

Hebr. 5.

*Iesus quantam suorum curam gerat discipulorum & amicorum.*

**E**X hoc iam articulo alius sequitur: Cùm esset in tanta mentis angustia atq; pressura cordis constitutus, cùm orationi tam vehementer inlaret, cùm deniq; rem tractaret cum Patre non leuem, sed verè arduam: tamen ac si despiceret seipsum, suorum periculum sibi anteferebat: atq; ided ter intermissa oratione, illos (hoc est, Apostolos) visitans excitabat. Videsne iam quomodo ex hoc secundo articulo tertius quoq; exurgit, quem congruit vt mediteris vel apud temetipsum. Hic est, quomodo is qui omnium habet cu-

Partis alterius Argumenti explicatio.

X ram.

- ram, & pro omnibus vigilar, dormientibus etiam sibi amicissimis, hoc est, ipse qui se in carcerem & mortem cum eodem ituros spondederant, neminem haberet qui secum vigilet. Siquidem veniens ad Apostolos, inuenit eos dormientes: omnesque in vno corripit, dicit ad Petrum: *Simon, dormis? Num dormis nunc tempus est? Nonne pauld ante mecum intrare volebas in carcerem & mortem, & nunc vna hora non potuisti vigilare mecum?* Haud quaquaro fuisse ostendis, quod promiseras verbo. Nam si vna non potes hora mecum vigilare, quid facies morte imminente? Cognosce vel modo animi tui infirmitatem. Vide hic quoque quod Petrum vocat Simonem, cui tamen nomen ante impositionem Petrus, quod erat nomen potestatis atque superioritatis, subindicans huiusmodi illi nomen non quadrare modo, quia non potuit, quod erat pastoris, vigilare. Deinde omnes admonens: *Vigilate, inquit, & orate, vt non intretis in tentationem.* Vigilate, estote cauti ac prudentes, & omnem vobis occasionem ruinæ subtrahite: nec tamen tunc victores existimate vos, nisi de vobis, etiam cum omnia feceritis, diffidatis: & desuper, hoc est, cœleste auxilium custodiamque orando impetraueritis, ne intretis in tentationem. *Nisi enim Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Spiritus quidem promptus est, volens pariter vobis in infirmitate, passionis acerbiter expauescens.*

Precatio pro fortitudine ac resignatione.

**P**ro Iesu, da nobis animi fortitudinem, & in omni pressura angustiæ, nos confortata, vt mente alacri atque prompta deuotione, de manu tua quicquid superuenerit, suscipiamus: nullaque tentatione aut aduersitate à te separari valeamus, qui es benedictus in eternum, Amen.

DE CAPTIVITATE CHRISTI. Theorema VIII.

ARGUMENTVM.

**Q**ui Hebræam gentem sexenunero captiuam miseratus liberauerat, utpotè qui omnium est captiuorum liberator, nunc ab eadem gente capitur, vincitusque abducitur.

IESVS UT SIT OMNIUM AD SE CONFVGIENTIUM liberator potentissimus. Concio VIII.

4. Reg. 25.

Ioachim regis captiuitas & liberatio vnde.

4. Reg. 14.

2. Paral. 33. Manassis penitentia quid impetrabit.

**I**n quarto Regum volumine legimus, Joachim regem Iuda anno captiuitatis suæ sexto supra tricesimum, liberatum eductumque de carcere per Eulmerodach Babylonis regem, vestibusque cultioribus honoratum, & supra ceteros exaltatum reges, factumque conuiuiam regis Babylonis: Deo haud dubium illi providente, qui humiliat & exaltat, præsertim quia voci Domini per prophetam sibi factæ olim obedierat Joachim, & nihil repugnans, captiuum se regi Nabuchodonosor tradiderat. Quomodo autem Joachim regem omnium miserator & misericors Dominus ex captiuitate liberauit, gloriocauitque liberatum: ita iam diu ante eiusdem auium Manassen regem, nimis detinorosum, & propter scelera sua similiter in Babylonem, vincum catenisque abductum, liberauit: tum videlicet, cum in carcere positus idem Manassis præ-

præterita vitæ pœnitens flagitia sua confiteretur Domino: atq; eundem vt sui miseretur, humiliter oraret. Itaq; Dominus pius ac misericors, quia continere non potest miserationes suas inuocatus, sed plus etiam tribuit quam rogatur, Manassen non ex carceris angustia tantum liberauit, verum etiam regno & honori pristino vt potiretur, restitutum denuò exaltauit. Sic non minori clementia Ioseph patriarcham in carcere clausum soluit, adeoq; libertati restituit, vt hanc captiuitatem in occasionem magnæ & gloriæ & potestatis illi conuerteret per vniuersam terram Aegypti. Si quidem calamitate atq; carceris squalore subitò in maximam gloriam commutato, totius regni Aegypti præpositus, atque post Pharaonem secundus, Ioseph constitutus est. Per hunc etiam Dominus multos egestate atq; inedia pressos, præcipuè tamen Hebræorum gentem, à famis iniuria saluauit. Et quid quod eandem gēem post annos aliquot multiplicatam, atq; sub manu Pharaonis non minus afflictam, quam miserabiliter captiuam, ab omni molestia eripiens, de terra potenter eduxit Aegypti, & patria libertate ac opulentia donauit? Verum quomodo populum hunc suum de grati seruitute & de Aegyptiorum manu primo liberauit, deinde insequente hunc Pharaone, cum denuò captiuus conclususq; Israel teneretur, vt potè habens ante se ex aduerso mare rubrum, & hostes post tergum armatos: quomodo eundem per mare diuidentibus se aquis, sicco pede traduxerit, Aegyptios verò illos persequentibus, aquis relabentibus inuolutos submerferit, Exodus liber lucidè manifestat. Neq; tamen putanda est hæc gens ab hac duntaxat captiuitate, Domino educente ac protegente liberata: verum ab alijs item multis est saluata, persequentibus hanc regibus, hostibusq; circumdantibus, quos Dominus ante eorum faciem humilians percussit, contriuit, atq; non paucas etiam gentes illis tributarias fecit. Verum hæc omnia Iudicū, Regum, Esdræ, Iudith, Esther, Machabæorumq; libri testantur, quomodo de omnium sint persequentium manibus, vbi cunq; propter peccata sua circumuallati, cōclusi, capti, afflicti, subiugati vè ab hostibus fuerant, à Domino clementer respecti, potenterq; erepti, postquam ad Deum conuersi pœnitentesq; redierunt. Nam & Babyloniam illam diutinam captiuitatem illis soluit, & durissimum Græcorum abstulit iugum. Captiua namque eadem gente à rege Nabuchodonosor in Chaldæam abducta, atque multis ibi annis in Babylone detenta, tandem misertus Dominus populi sui, tam ipsum regem quam omne regnum Chaldæorum in manum Cyri potentissimi regis Persarum contradidit: qui Babyloniorum rege Balthasar extincto, mox Iudæorū soluit captiuitatem, atq; ad patriam suam reuertendi Iudæis cunctis facultatem tribuit.

*Iesu liberatori suo gens Iudæorum, qualem rationem rependerit.*

**A**T verò Iudæi quos iam dixeram tot tantaq; à suo liberatore recepisse beneficia, libertatesq; restitutas, contra hoc quod ab hostibus, ab oppressionibus captiuitatibusq; multis, quibus sæpenumero fuerant angustati, à Domino eos miserante sunt liberati, pessimam atq; prorsus odibilem hic (vt in alijs omnibus) inuenti sunt rependere suo liberatori ingrati- tudinem. Nam eodem tempore, imò eadem quoq; nocte, licet annis multis interlabentibus, qua de captiuitate Aegypti, duratq; manu Pharaonis fuerant li- berati atq; educti, ipsi eundem liberatorem, eductoremq; suum a Domino hosti-

Ioseph ca-  
ptiuitas in  
gloriam cō-  
mutata.

Exod. 12.

Captiuitas  
Iudæorum  
sæpissime à  
Deo soluta.

Exod. 14.

Esdr. 1.

1. Mach. 13.

Partis alte-  
rius Argu-  
menti expli-  
catio.

Captiuitatē  
Iesu eadem  
nocte factā  
qua filij sta-  
el de Aegy-  
pto liberati  
sunt.

- Matth. 16. hostiliter, infidiosè, proditoriè, atq; nocturno tempore, quem in die palam quietum modestissimumq; secum cernebant ambulantiem, violenta armata que manu ceu latronem quæsierunt, tumultuose ac truculenter inuasertunt, atrociter tenuerunt, contumeliosèq; veluti impotentem infirmumq; cui vis arma vel vincula vim possent inferre, ligauerunt: non attendentes quod verò sibi oblatum atq; venientem obuium nequierant cognoscere, indicatum non poterant nisi data sibi super illum copia attingere, imò nec etiam loquentis vocem, qua seipsum illis nominabat offerens, nisi solotenus prostrati, valuerunt sustinere. Vnde meritò discere debuerant, quam facilè Iesus potuisset elabi, qui dum voluit, non potuit agnosci: & si vellet, potuisset etiam non videri. Verùm horum omnium nihil considerantes, tanquam feroces lupi & rabidi canes, capto agno insultant: exultantesq; tanquam capta præda, triumphabant, innocentissimumq; inter verbera atq; blasphemias propellebant.
- Ioan. 18. Porro Iesum capiendi hic fuerat obseruatus modus. Abierat Iudas de cæca Domini, postquam intinctum panem sumpserat, Iesu dicente, non tamen animo iubentis, sed desiderium suum patiendi indicantis: *Quod facis, fac etiam*. Abijt autem ad pontifices Iudæorum, petens auxilium armatarumq; potestatis ad tradendum Iesum sine turbis, quomodo pollicitus fuerat, illum vendens. Et acceptis vtrinq; satellitibus, hoc est, à Romanorum potestate accepta militum cohorte cum eo qui illis præerat tribuno, & à Iudæis pontificum plurimorumq; ministris, ad hortum festinat, vbi Iesum sciebat inueniendum.
- Matth. 26. Videns autem Iesus cui nullum potest abscondi secretum, quia propè iam erat ad hortum, excitatis discipulis: *Surgite, inquit, Ecce appropinquat hora tradatur filius hominis in manus peccatorum. Qui enim me tradet ecce propè est*. Ad huc illo loquente, adueniunt armati cum gladijs, lignis, facibusq;. Quibus Iudas qui comitabatur eos, tradiderat signum, dicens: *Quemcumq; osculatus fuerit, ipse est, tenete eum*. Neq; enim milites Romani Iesum agnoscebant, fortassis pauci etiam ex ministris Iudæorum, præsertim in nocte, cū frater Domini Iacobus Christo simillimus esset, & nisi à valde Christo familiaribus, haud facile poterat ab eodem secerni. Hoc verò illis signum tradere Iudas voluit, quod putabat) Christum aliosq; apostolos lateret quid insidiarum machinaretur. Siquidè osculo omnes adueniantes suos discipulos Christus excipiebat. Quod igitur dolosus Christum falleret hic perfidus, hac voluit vt simulatione, quasi ad turbam illam sceleratorum ipse minimè pertineret, sed casu fortè accidisset, vt cum illis simul adueniret. Progrediens igitur Iesus illis obuiam, quæ quærerent eos interrogauit. *Iesum, inquit, Nazarenum*. Ante oculos vident stantem quem quærebant, sibiq; loquentem audiunt, non tamen agnoscebant: quia nondum illis copiam in se dederat Iesus quæ vellent, agnoscendo: *Iesum Nazarenum. Si ergo, inquit, me quæritis, sinite hos abire*. Me vobis trado, vt in me iram expleatis vestram, & quicquid mihi volueritis facitis. In discipulos verò meos nullam admitto vobis potestatem. *Sinite eos liberos abire. Tunc accessit Iudas & osculatus est Iesum, dicens: Aue Rabbi*. Falli putabat osculo simulato Dominum, vt quid ipse ageret, Iesus ignoraret. Quæ certè perfidia Iudæ nimis sit manifesta, qui sæpius & crebra Domini viderat miracula, quæ non diuinæ tribuit potestati, sed ea (quod verius estimandum est)
- Captionis Christi modus quis. Ioan. 13.
- Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22.
- Matth. 26.
- Osculo cur Christum tradiderit Iudas.
- Ioan. 18.
- Perfidia Iudæ quanta.

est) magica deputavit arti. Porro Iesus se non ignorare Iudæ simulationem ostendens, dicit: *Amice* (quoniam amicum te simulas, tu autem videris qui sis amicus) *ad quid venisti?* In quantam cæcitatem, in quam enorme corruisti facinus? ne putes me peccatum tuum latere. *Iuda, osculo filium hominis tradis?* Videbant itaq; ij qui aduenerant, indicatum hoc signo, sibi Iesum, & ad manus iniiciendas se parant. Quod videntes discipuli, Dominum interrogant, si gladio iubeat pugnare, nec expectato responso, Petrus accelerat educere gladium, pontificisq; seruo amputat aurem. Animosior erat factus Petrus, vbi ad primum Domini verbum hostes viderat prostratos, confidens nõ inferiori virtute Dominum omnes qui contra se erigerentur, percussurum. Non est dubium quin Christus hic animum atq; ferociam hostium mitigauerit contra Petrum, vt nihil in illum possent, propter verbum suum prohibentis: *Sinite hos abire*: alioquin in centum mox diuisissent partes Petrum. Increpat verò Petrum Dominus, & in vaginam recondi gladium iubet, dicens se non egere duodecim Apostolorum protectione, si via vti vellet defensionis, qui duodecim Angelorum posset habere legiones. Aduocatq; seruo, auriculam eius tetigit, abscissamq; restituit. Verum ij qui aderant nihil mitigati, furore nimio Dominum inuadunt: & iniicientes illi sacrilegas manus, ipsum capiunt atque ligant.

Precatio pro liberatione captiuitatis vitiorum.

**D**omine Iesu Christe, tu qui propter nos capi impietq; sacrilegis tractari & cædi manibus voluisti, libera nos à vitiorum atq; delictorum nostrorum captiuitate, vt in libertate spiritus tibi seruientes, atque tui amoris tibi vinculis astricti, à te nunquam valeamus separari, qui es benedictus in secula, Amen.

DE FUGA DISCIPULORUM. Theorema IX.

ARGVMENTVM.

**D**ominus Iesus, optimus suauissimusq; magister, qui paulò ante discipulos suos & sermone & oratione præmunierat, eosdemq; cum donis, tum honoribus, atq; adèò promissis muneribus honorauerat, hic ab illis contra pollicitationes suas fugientibus est exhonoratus: atque solus, omnibus destitutus amicis, inter medios hostes derelictus.

IESUS VT A SVIS DOMESTICIS, HOC EST, DISCIPULIS SIT DERELICTUS INTER SVOS HOSTES. Concio IX.

**P**rima huius argumenti pars, in theoremate quarto supra explanata est pro maiori parte. Siquidem Dominus ad hortum egressurus, quo sciebat se capiendum, Apostolis prædixit eorum timorem, pusillanimitatem atque scandalum ex sua passione illis futurum: *Omnes, inquit, scandalum patiemini in me in ista nocte: quomodo scriptum est, Percutiam pastorem & dispergentur oves gregis, &c.* Itemq; *Ecce venit hora, & iam venit, vt vnusquisque dispergami in propria, & me solum relinquatis.* Petrus feruentior cæteris, mox

X 3

respon-

Marc. 14.

respondit: *Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor.* Dominus autem illi prædicens ipsius infirmitatem, ne nimium præsumeret: *Amen, inquit, dico tibi, quia tu hodie in nocte hac prius quam gallus vocem bis dederit, sermone negaturus.* Ego, inquit Petrus, *paratus sum tecum ire in carcerem, & commori tibi, &c.* Non solus autem Petrus, verum etiam omnes Apostoli ita se facturos pollicebantur. Hi igitur quos præmunerat & præmonuerat, charissimi eius amici, ab ipso Iesu in eius calamitate defecerunt, licet (vt dixi) multa eisdem

Beneficia Apostolis à Christo in vltima cœna collata, quanta.

in cœna pauldante contulerat beneficia. Nam ipsemet corpore suo & sanguine illos cibauit atq; potauit. Ipse potestatem angelis tremendam dedit, ordinando eos sacerdotes, animarum rectores, iudices, data eis autoritate aperiendi & claudendi cœlum. Quæ licet omnia, multoq; plura alia fecerit, nequaquam tamen humana infirmitate, exuti, cum Domino diutius perstitierunt, quam hostibus eum viderunt superiorem. Nam postquam se Dominus in hostium tradidit manus, vbi viderunt tam atrociter eundem tractari, atq; crudeliter cædi, in nullo se penitus defendente, scandalizati fugere omnes. Hoc secundam huius argumenti partem nunc tangit. Quocirca cum sanctorum Apostolorum reuerentia eorumq; venia loquar, si fortasse peccatum eorum plus æquo exaggerauerim: quandoquidem nihil in illorum contemptum, sed in Christi loquar, quicquid dicturus sum, gloriam. Constat namq; eos penitentia deinde facta, & pristinam eos fidem, & nunc maiorem gloriam esse assumptos: nec modo id illis esse probro, sed gloriæ, non propterea quod fugerunt à Domino, sed quod à fuga, dolentes super sua pusillanimitate atq; infidelitate, redierunt: indeq; fortiores effecti, Christo inseparabiliter adhererunt. Ita q; post dulcem Christi amorosamq; sui exhibitionem, postquam illorum lauerat pedes, postquam eis corpus & sanguinem tradiderat, postquam longissimo deniq; eos sermone præmonuerat multa tribuens eis, multaq; promittens, vbi etiam & illi perseverantiam fidelem, puta vsq; ad mortem promiserant iam visa Christi humilitate atq; patientia, quod sinebat se quomodo hostes volebant impiè tractari, territi fugere omnes: & quicquid ante Domino promiserant, violauerunt, & facti sunt fidefragi in Dominum suum.

Fuga Apostolorum quomodo illis in maiorem gloriam versa.

Gravior est autem inde eorum infidelitas, quod memores esse debuerant, quod sui tantum copiam Christus hostibus dederit tractandi quomodo vellent: prohibuerit verò, ne quicquam inferrent mali in suos discipulos. Atq; idcirco frustra Apostoli metuebant propterea quod Christi imperio seu interdictione nulla foret potestas super terram, quæ posset vel vnico nutu contraire. Quare inuenti sunt etiam Apostoli increduli Christo, hoc est, neq; fideles neq; constantes, sed, si licet dici, fidefragi: quippe qui Christi prohibitionem, quæ ad hostes loquens, vt suorum injuria abstinere, dicens: *sinite hos abire:* territam putabant atq; inanem, hoc est, nullius siue autoritatis siue virtutis. Næ si Christi his aliquid tribuissent verbis, nihil timuissent, tametsi in hostium medio perstitissent. Scirent namque virtutem sibi adesse, se inter omnia pericula protegentem atq; seruantem immunes. At promissionum suarum (vt dixi) immemores, nec Christi, verborumq; eius pensata virtute pristina illius sanctæ amicitiæ quam cum Christo habuerant, abdicant virtutem: & dum corpora sua saluare cupiebant, vitam dereliquerunt, animas suas grauius faciunt. Vbi considerandum præterea, si crimen læsæ maiestatis imponitur

Fuga discipulorum cuiusmodi peccatum fuerit.

seruo



seruo fugienti, atq; dominum suum in praelio deserenti, iuxta leges ciuiles: quanta erit noxae aestimandum, quae plectendum poena, Dominum coeli ac terrae creatorem (cuius sunt serui, domini terrae, reges & imperatores orbis, pro quo nulla creatura non merito se deberet exponere in mortem) derelinquere, seq; fugiendo ab ipso subtrahere? Merito reminisci debuerant, de quo paulo ante in illis gloriatus fuerat pius magister ac Dominus, quod ipsi forent qui permanissent secum in tentationibus suis, & propterea regnum illis diceretur, vt ederent & biberent super mensam suam, & sederent in duodecim sedibus, iudicaturi duodecim tribus Israel, ne hac gloria se priuarent, neve gloriae suae imprimerent maculam. At nihil minus est mihi in animo, quam vituperare Apostolos, quorum Christus infirmitatem praesciuit in hanc humilitationem eos quoq; sinens venire quo imbecillitatem nostram, qui grauius quoridie delinquimus, consolaretur, & ad spem nos veniae erigeret. Ipsos enim cadere permisit, quia erigere atq; eos quam ante fuerant, facere, decreuit sublimiores. Nostrum est, qui Christi duntaxat inuestigamus afflictiones, hic expendere, quantam afflictionem Iesu cordi pijsimo atq; fidelissimo discipulorum hac fuga intulerit, quantam tristitiam illi excitauerit, quantum deniq; compassionis illi infixit vulnus. Siquidem dum in ipsum manus iniicerent sacrilegas inimici, dum furor eorum tumultusq; esset grandis, caritatis. *Adolescens tamen quidam sequebatur illum amictus sindone super nudo. & tenebant eum. At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis. Quis iste fuerit adolescens, Euangelista non explicat. Sed quidam Ioannem suspicantur fuisse, qui tunc quidem fugerit, recuperata tamen sindone aut alijs vestimentis indutus, redierit, Iesu cupiens finem videre. Alij Iacobum fuisse dicunt eius fratrem. Alij quendam ex domo vbi Christus coenauerat, adolescentem. Quisquis fuerit certum est: illum feruentiorem animum constantioremq; caeteris habuisse Apostolis ad Christum: vt qui caeteris sibi fuga consulentibus Christum quoad potuit, secutus sit. Et hanc quidem infirmitatem omnes in se ostenderunt Apostoli erga Christum. Maiorem tamen omnibus ille, qui caput constituendus erat omnium, Petrus lapsum admisit. Hic namq; tamen in eius corde adhuc non extinctus foret ad Christum amor, quem plus omnibus dilexerat, fugit tamen & ille cum reliquis. Verum paululum resumptis animis, Christum sequebantur a longe: atq; adiutus consortio Ioannis, qui in domo Annae pontificis notus erat, introuissus est in atrium pontificis. Hunc dum ancilla interrogaret ostiaria, compatiens illi, quia timidus introibat, esset ne & ipse ex discipulis vnus hominis istius, quali volens illi suadere, prudentius eum facturum, si maneret foris, nec se exponeret periculo, statim respondit Petrus: *O mulier, non sum.* Christum negauit hac responsione Petrus, quoniam quidem se eius negauit discipulum. Et gallus cantauit, obaudiente tamen Petro. Cum vero ad ignem sederet, & calefaceret se inter ministros, multis interloquentibus, ipsumq; asseuerantibus esse Christi discipulum, negauit Petrus cum iuramento se cognoscere hominem, neq; quid dicerent se scire. Alijs vero contradicentibus, & vno hoc, alio aliud dicente, vt ipsum esse conuincerent vel ex sermone, quod Galilaus erat, vel quod cum Iesu visus fuerat in horto, Petrus anathematizare coepit, detestariq; ac iurare, se non esse Christi discipulum.*

Denuo

Luca 22.

Apostolos  
cur cadere  
Christus per-  
miserit.Fuga disci-  
pulorum qua-  
tam affli-  
ctione cordi  
Iesu intule-  
rit.Marc. 14.  
Adolescens  
Christum se-  
cutus quis.Negatio Pe-  
tri tertia.  
Luca 22.

Conuersus  
quomodo  
Christus Pe-  
trum respec-  
xit.

Denuò igitur gallus cantauit. Conuersus itaq; Iesus, quasi qui dissimulando Petri oblitus fuisset, non illum protegens, sed labi finens, respexit eum oculis suę misericordię, atq; per internam illi insinuans inspirationem quid egisset, quomodoq; hunc illi lapsum prenunciasset *recordatus est Petrus*, rediens ad cor, verbi quod sibi Christus prædixerat: *Antequam gallus cantet bis, ter me negabo.* Egressus igitur foras, sicut amarè quod dilectissimum suum atq; fidelissimum negauerat magistrum, cor Iesu duplici vulnere sauciens: id est, negatione videlicet primo, deinde lachrymosa contritione. Neque enim pietas Iesu se continere potuit, vt compassione erga dilectum discipulum plorantem amarè detestatione sui peccati, & præ amore magistri dilecti non vulneraretur.

Petrus vt cor  
Iesu duplici  
vulnere sauci-  
auerit.

Precatio pro contritione peccatorum.

Psal. 41.

**T**u ergo piissime Iesu nos quoque misericordia tua oculis respice, veramq; & perfectam nobis contritionem pro peccatis nostris, qua lachryme sint nobis panis die ac nocte, infunde: vt in fletu penitentia tibi reconciliemur & in tuo sanguine pro nobis effuso, ab omnibus peccatis, vitijs ac negligentijs nostris emundemur, qui es sine fine benedictus, Amen.

DE DOMINI IESU ANGVSTATIONE IN DOMO  
Anna & Caphe. Theorema X.

ARGVMENTVM.

**Q**ui in angustijs & necessitatibus nostris, tum nos omnes, tum potissimè gentem Hebræam conclusam consolabatur; latam aperiens euadendi viam, atque accipiens, propter nos & ab eadem gente nunc vndique angustatur.

IESUS QUAM FVERIT SEMPER IN ANGVSTIIS  
fidelissimus liberator. Concio X.

Quomodo  
gentem He-  
bræorū Deus  
ex multis an-  
gustijs sæpè  
liberavit.  
Exod. 13. 14.

**A**rgumenti huius prior pars, ex sermone octauo supra habito, non parum confirmatur. Recordare enim quid ibi dictum fuerit, quomodo filij Israel Aegyptum egredientes, quando ex omni erant parte conclusi, ante se rubrum habentes mare, à tergo verò insequentes hostes, à lateribus vastam inuiamq; eremum angustiati fuerint, clamauerintq; nihil aliud expectantes, quam ex omni parte interitum: Dominus verò ex omni eos angustia eripuerit, viam illis per mare rubrum aperiens, qua sicco transirent pedes. Pharaonem verò omnemq; eius exercitum post illos insequentem, dum in medio essent maris, fluctibus vndarum relabentibus, Israelq; traducto, submerfit. Recole præterea quomodo eundem populum de hostium manu, de imperantium sibi tyrannide, deq; vastantium manibus, imò de quacumq; angustia calamitate vè (quibus sæpenumero peccatis suis id facientibus, fuerant comprehensi) liberauerit, illis rectores & iudices constituens, qui eos (dum a liquo vita eis morte fuisset amarior) tutarentur. In mentem quoq; veniat Dauid, quomodo illum suosq; quos habebat secum Dominus liberauerit, quando Saulem regem fugiebat persequentem, eratq; Dauid eo tempore cum suis in deserto

Iudic. 2.

Dauid con-  
clusus à Sau-  
le, quomo-  
do liberatus.

deserto Maon conclusus, angustatus, atq; aded consternatus, vt iam desperaret manus Saulis euadere. Circumdederat enim cum suo exercitu Dauidem Saul, atq; in modum coronæ concluderat. Quomodo igitur illum Dominus liberauit? Dominus miserat Philistæos Israelitarum hostes, qui per omnem terram eorum diffunderentur. Cui malo, subito auocatus per nuncium Saul vt occurreret, à persecutione Dauid (quem iam conclusum penctq; vinctum tenebat in manibus) desinens, redijt, hac itaq; occasione Dauid, Domino illum protegente, est liberatus. Adde nunc quoniam de Dauid loquimur, quomodo idem postquam numerari sui regni iusserat populum, in seipsum rediens, atq; peccatum agnoscens dixerit: *Peccauit valdè in hoc facto, sed precor Domine vt transferas iniquitatem seruitui, quia stultè egi nimis.* Missus est autem Gad Propheta à Domino, qui Dauid diceret: *Trunc tibi datur optio, è quibus quod volueris eligas. Aut septè annis tibi veniet fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, te persequentes, aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua.* Nunc ergo dicebat Gad, *delibera & vide, quem respondeam et qui me misit, sermonè.* Dixit itaq; Dauid: *Coarctor nimis, ac si diceret: Angustia sunt mihi vndique, nulum enim horum est eligibile aut non perniciosum.* Quia tamen iustus erat & ipse peccauerat, elegit hoc malum in vltionem sui peccati, à quo non magis ipse quam reliqui foret tutus. Nam à gladio & fame, licet populus pati habuisset, verisimile tamen est vt rex propterea in seipso benè potuisset, ne pateretur, seruari. At à peste non erat ipse magis, quam reliqui, securus. Ideò hanc elegit, dicens: *Melius est incidere in manus Domini (misericordia enim eius multa sunt) quam in manus hominum.* Nam & cùm videret populum Angelo cædenti mori, dixit Dauid ad Dominum: *Ego sum qui peccauit, ego inique egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obscuro manus tua cõtra me & contra domũ patris mei.* Liberatus est igitur Dauid à timore & expectatione mortis, quam certè tanto formidolosior, quã cæteri habuerat expectare, quanto ipse, non alij, hanc plagam commeruisset. Verùm vt dixi, ab hac angustia Dominus illum liberauit, mortem dans illi videre suorum: ipsum verò qui reus fuerat, sed pœnituerat, humiliterq; se in manus misericordiarum Domini obtulerat, à morte liberans. Hoc modo alios multos recensere possem ex sacra historia, periculis calamitatibusq; aded inuolutos atq; circumdatos, vt nullo ipsis pacto relicta esset via euadendi, nisi Domini misericordia liberante. Verùm ne prolixitate sim onerosus, Susannam solam in medium adducam. Hac enim quia mulier erat speciosissima, nec minori prædita castitatis virtute, cùm in pomario esset domus suæ, & emissis à se puellis lauaretur, (æstus enim erat) duo senes qui populi erant iudices, absconderant se vbi Susanna lauabatur in horto, libidinosa namq; successi erant erga eam concupiscentia. Hi itaq; apud Susannam molestia & precum & minarum agebant, vt admitterentur ad explendam cum ea suam concupiscentiam, alioquin aduersus illam dicturos se testimonium minabantur, quod eam inuenissent cum adolescente in re obscena occupatum. Susanna rem exhorruit nefariam, atq; constanter recusauit. Illis vrgentibus atq; comminantibus, dixit Susanna: *Angustia mihi sunt vndique. Si enim vobis consentiens hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius mihi est incidere in manus hominum, quam peccare in conspectu Domini.* Exclamantibus itaq; tam Susanna, quam senibus, irruentes serui per-

Y

posticam.

J. VI  
132. Reg. 3.  
2. Reg. 24.  
Gad Pro-  
pheta cur ad  
Dauidem  
missus.

Dan. 14.

2. Reg. 14.

Susannæ  
pulchritudo  
& castitas  
quanta.

Dan. 13.

posticam, accurrerunt, remq; turpissimam à iudicibus aduersus Susannam licet innocentem, audierunt inuiti. Quid moror? Susanna ad iudicium vocata est, testibus falsis & iniquis conuicta est, ad mortem, omnibus suis amicis lachrymantibus, damnata est. Erat autem cor eius erectum, fiduciam habens ad Dominum, ided exclamauit: Domine qui omnia cognoscis abscondita, nouisti quod nihil horum quæ isti malitiosè composuerunt aduersus me, fecerim. Hæc cum ad mortem innocentissima educeretur, misertus est Dominus, qui omnes oppressos liberat de omni angustia, in se confidentes, spiritu suo impleuit Daniele, qui populum iudicesq; illos senes ad iudicium reuocauit, atque ex eorum ore falsum eos testimonium dixisse aduersus Susannam, conuicit. Qui prolixiorē desiderat historiam, librum legat Danielis prophetæ. Nobis tantundem citasse sufficiat, quo videatur Dominum esse qui angustijs conclusos atque malis circumseptos liberauerit, viam eis euadendi aperiens. Hic tamen (vt secundam partem attingamus) iam angustatus, & malis omnibus circumseptus, non habet qui se liberet. Voluntariè enim omnia sustinet propter nos, propterea nec ipse, nec pater illi subuenit.

Susanna quomodo ab angustia & morte liberata.

*Iesus qui omnium potentissimus liberator unusq; est, vt angustetur a hostibus suis.*

Partis alterius Argumenti explicatio.

**C**ontra hanc eius misericordiam suo more plebs hæc Iudaica, populiq; dura ceruicis, contraria ei rependit. Nam Iudæi, ij tamè præcipuè, qui peculiariter à vulgi infestatione immunes esse voluit ac liberos, itaq; tantum legi obnoxios, hoc est, pontifices & sacerdotes, Christum angustarunt. Angustauerunt eum deinde pharisæi quoque cum senioribus in suo concilio, tentado omni ex parte, vt illum caperent in sermone, in fidiore mutando, impellendo, adulationibus inuitando, atq; vias illi omnes obstruendo, quibus conclusus euadere non posset, vt putabant, quin liberetur verbo aut facto Christus, aut saltem lapsus apud ignorantes crederetur, quo spem saltem accusationis inuenirent, vnde posset infamari. Hoc autem factum est apud Annam primum, qui illum interrogauit de discipulis & de eius doctrina, paratus quicquid responderet Iesus, illum iuxta præmeditationem & consilij sui conceptum capere in sermone, aut ignominia saltem dignum ostendere. Verùm Iesus illius astum non ignorans, de discipulis suis obtulit: quoniam iam de illis iam, quia à se fugerant, parum loquendi & locus & tempus se ostendebant; ad alteram tantum interrogationem prudenter Dei sapientia respondit, dicens iustus illum eos interrogare, quibus credere foret paratus, hoc est, eos qui se audierant. Se quidem in templo & synagoga palam fuisse locutum, nihil verò docuisse in occulto. Hæc quamuis sapientissima fuerit responsio, qua etiam ab insidiantibus non posset capi Christus, nequaquam tamen contumelia caruit. Nam seruus quidam pontificis adulator domini sui, dolens aduersus insidiasq; dum pontificem videt non obtinuisse quod intendat, hoc est, calumniandi occasionem qua Christum confutaret, ipse, quasi defendere sui domini niteretur honorem, Iesum percussit in maxillam, dans eidem alapam validissimam, simulq; Christum, quem ac si de superbia notasset, obiurgans: *sic respondes, inquit, pontifici?* Iesus verò se à seruo illo & temere ostendens iudicari, & indignè cædi: *si malè, inquit, locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?*

Alapam Iesus accipit à seruo.

Ioan. 18.

Verum

Verum, Iesus pijsissimus in concilio Iudæorum, vbi Pharisei, scribæ & seniores ad domum Caiaphæ conuenerant, magis fuit angustatus: quippe qui circumfidentibus iniquis, & præ ira in ipsum frementibus, adductus, in illorum medium Iesus stabat, & post multas obiurgationes sibi factas humiliter tacens, ad nullam quoque interrogationem respondebat. Sciebat enim nihil eos aliud querere, nisi occasiones quibus sui furoris in eum possent conceprus effundere. De hoc concilio quo Christum circumuallant impij scribæ & pharisei, Dauid in persona ipsius dicit: *Concilium malignantium obsedit me. Circumderunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* Iob quoque: *Conclussit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.* Angustabant itaque Christum Iesum ij qui illum circumfederant, inter quos ipse vt agnus stabat, atque tanquam omnium esset reprehensionibus dignus, omniumque obiectorum criminum reus, tacet verecundus. Angustabant autem intentione sua dolosa, animoque malignante ac versipelli, angustabant vultu minaci, truci aspectu, oculis & corde tumidis atque liuidis. Angustabant simulationibus ac quaestionibus fraudulentis. Angustabant præterea obseruationibus inuidiosis. Et quid non agebant, quo eum angustare atque capere possent? Testes adducunt iniquos & varios, quibus circumuallarent eum. Prouocabant ad loquendum, at ipse tacebat. Tandem vim illi inferentes, adiurant atque per sanctum Dei nomen iustum, vt respondeat, cogunt. Caiphas namque quia tacentem videbat ad omnia Iesum: *Nihil respondes, inquit, ad ea quæ illi aduersum te testificantur?* Iesu verò adhuc tacente, quia nihil præter calumniandi occasiones quaerebant, exurgens pontifex: *Adiuuro, inquit, te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei benedicti.* Angustat illum hic vanissimus, & verius sycophanta quam pontifex, audierat enim quod se Dei filium alicubi dixisset, quod coram maxima multitudine collecta in concilio audire cupiebat, vt iustam quomodo putabat, haberet causam aduersus Christum. Adiurat verò, credens Christum neque tacere posse, neque velle subterfugere, propter maiestatis diuinæ reuerentiam, atque idcirco siue responderet, siue taceret Iesus, illum se iam conclusum tenere. Si enim responderet se esse, diceret blasphemum: si taceret, diceret impium, quippe qui adiuratus per Deum, non daret reuerentiam Deo, vt responderet.

Vides quomodo Iesum angustat? Non tenebatur illi respondere Iesus, quia nulla fuit autoritate Caiphas Iesu superior, qua posset illi præcipere. Respondit tamen ob diuini nominis honorem Iesus, dicens: *Tu dixisti, hoc est, verum in hoc dixisti.* Veruntamen qui filium hominis nunc cernitis humilem atque vilem reputatis in primo eius aduentu, a modo, id est, post hunc aduentum, aduenientem secundo videbitis in potestate magna & in nubibus cæli. Hæc audiens hypocrita, scidit vestimenta sua, exclamans: *Blasphemauit. Quid vobis videtur?* Angustauerunt Iesum iterum omnes: *Reus est, inquit, morti.* Præsciuit benignissimus Iesus hunc sibi constructum dolum, quo non euaderet eorum linguas: præsciuit se propter confessionem veritatis in sermone capiendum, nec ignorabat iniquum impiorum erga se iudicium: voluit tamen sic fateri veritatem, licet humilitate id faceret modestissima, atque se reum propterea mortis quamuis innocentissimum iudicari. Hinc quantis iniurijs quasi conclusum & circumuentum angustarunt, vix possibile est dicere. Nam in faciem

Matth. 26.  
Caiphas cū  
suo concilio  
quærum an-  
gustauerint  
Christum.

Psal. 21.

Iob. 16.

Matth. 26.

Marc. 14.

Lucæ 22.

Matth. 26.

Caiphas cur  
Iesum adiu-  
rauerit.

Adiuratus  
Iesus cur non  
tenebatur  
respondere.

Matth. 26.

Matth. 26.

eius quidam expuerunt, alij genas eius alapis ceciderunt, alij colaphis percusserunt, alij vellicabant genas, alij barbam, pleriq; capillis trahebant. Vt præterea eius faciem: atq; vt pseudopropheta afflictione nimia eidem illudunt, dicentes: *Prophetiza nobis Christe, qui est qui te percussit? Hoc autem debebant, quando simul omnes cædebant aut Christi faciem, aut collum aut caput, aliudvè corporis membrum. Putasne iam hac nocte Christum verè angustatum, dum inter hostes vilissimosq; ribaldos manet conclusus, in cois pœnis hi facinorosi vniuersam expenderunt noctem? Itaq; visis quibus pœnis, quibusvè modis Christi corpus foris affligerunt, atq; eius sensus quibus angustauerint molestijs, adhuc præterea restat meditando expendere, quibus molestijs, blasphemijs, calumnijs, improperijs, alijsvè modis ac vijs animæ eius sanctissimam angustauerint.*

Precatio pro aduersorum tolerantia.

**M**ansuetissime Iesu, qui vilissima quaq; per totam noctem es passus, qui crudelissimeq; propter nos varijs improperijs ac pœnis es tractatus: da nobis nostri contemptum diligere, & aduersa omnia hilariter ferre, qui es super omnia benedictus, Amen.

DE CHRISTI DUCTIONE AD PILATVM.  
Theorema XI.

## ARGVMENTVM.

**A**rcanum intime sanctitatis vilipenditur, atque ad sui opprobrium ac contemptum, prophanis reuelatum atque nudatum est.

IESU SANCTITAS QUANTA ET QVOMODO  
Deo ea creaturisq; diuersim conueniat. Concio XI.

Lucæ 2.  
Christus vt  
fit essentialiter sanctus.

Reliquias  
sanctorum  
& alia sacra  
in quanta  
Deus veneratione  
haberi velit.

Coloss. 2.  
Ioan. 1.

**Q**vando Gabriel Archangelus beatissimæ Mariæ virgini conceptum patrumq; nunciabat futurum, quo Christum Deum & hominem esset mixtura omnium saluatorem, post alia quæ locutus est, hoc adiecit: *Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.* Vide quia non dicit Angelus, qui nascetur sanctus, sed, *quod ex te nascetur sanctum:* vt ipsum essentialiter sanctum, hoc est, ipsam sanctitatem intelligamus, à quo cæteri vt sancti sint, habent. Considerandum autem nunc, in quanta reuerentia, in quanta veneratione Deus sacra reliqua omnia vsque ad seruum suorum ossa & reliquias habere voluit, qui nisi cum deuotione ac reuerentia, timore pariter ac veneratione ea non cerni, nec à quouis hominum genere tangi finit, aded vt teste Magno Gregorio, nonnullos propterea castigatos in reprobam visus sit tradere mortem, quod magis curioso quam pio animo ad sanctorum reliquias videndas sese ingesserant, aut opertas detexerant, aut quod vasa sacra contumeliose tractauerant. Quanta igitur reuerentia hic erat contuendus, aut quanto erat venerationis cultu tractandus, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, qui gratiæ recepit plenitudinem non ad mensuram, cui canitur in eo-

in cœlis ac in terris: *Sanctus, sanctus, sanctus*: itemquæ: *Tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus*, qui essentialiter ipsa est sanctitudo? Si inquam ea (vt dixi) oportet coli, quibus secundum naturam aut essentialiter congruè loquendo, nulla inest sanctitas, sed eatenus dicuntur sancta, quatenus ad illius qui verè naturaliterq; in seipso est sanctus, ministerium applicantur, quovè propius attingunt, aut certè (vt rationales creaturæ) per amoris vniõnẽ coniunguntur: quanto magis ipsemet coli obseruariq; debet, qui est Deus omnium omnipotens, cuius gratia & pro cuius honore reliqua honorentur oportet: nec nisi ipso sacrate, & propter ipsum, quæ dicuntur sacra, sacrantur? Certè Moyfi, quando rubum videns ardentem, admirabatur quare non consumeretur, velletq; propius accedere, in persona Dei loquitur Angelus, admonens ne propius accedat, sed pedum soluat calceamenta, quandoquidem locus in quo stabat, sanctus sit. Territus Moyses, faciem abscondit, pedes nudauit, & honorem in primis Deo, deinde etiam loco quo apparuisset Angelus, derulit. Simile quippiam Iosue accidit viro strenuo & Hebræorum duci. Iam igitur videamus, si locis vbi steterant aut vbi locuti fuerant Angeli, tantus est honor seruatus, quanta veneratione dignus habendus est non locus quo stetit Angelus, nec Angelus, sed Angelorum, imò vniuersorum Dominus, sanctitatisq; collator & creator omnium Deus? Sed quia de locis facere cœpimus mentionem, quibus Dominus ceu maiestatem quandam voluit seruari, pergamus ad alia ijs similia. In monte Sinai Dominus decalogi præcepta daturus, quid per Moysen populo præcepit? Nonne vt triduo sua vestimenta lauant, à mulieribus abstinerent, & ne propius accedentes, montem aut montis pedem tangere? Nam qui (inquit) *contrafecerit, siue homo sit, siue bestia, lapidibus obruetur*. Aduerte hic tamen quantus timor atq; præparatio fiebat propter Angelum Dei ministrum, qui in Dei persona, aut Dei nomine loquebatur. At quis non multò maiorem & metum & reuerentiam exhibendam fuisse dicit ei, in quo vera erat essentialisq; diuinitas, puta Christo? Sed perge nunc vitra ad arcam testamenti, & reliqua quæ intra sanctuarium seruabantur, vt sunt mensa propositionis, septem candelabra aurea, altare aureum incensæ, &c. quæ tanquam maiestate diuina plena, aded abscondebantur, vt nemini etiam ex digniori, nobilioriq; Leuitarum tribu, tametsi ministri omnes forent tabernaculi, & vasa Domini portare haberent, ea videre tangere vè liceret sub interminatione mortis, nisi duplici triplicivè essent velo obuoluta. Quid quod Iosue, sacerdotibus arcam fœderis Domini per Iordanem deferentibus, populo ad duo millia cubitorum (ne morentur) accessum interdixit? Et Bethsamitas quid referam? Nonne quia arcam Domini nudam conspexerant, percussis à Domino curiositatis pœnas dederunt? Et quid erat arca testamenti, nisi figura Christi? Ita ne vmbra atq; figuræ maiorem oportuit haberi reuerentiam quam veritati? Nunquid propter arcam Christus, an potius arca propter Christum. Tanta tamen (licet figura duntaxat esset Christi) seruabatur veneratione arca, vt ad illam soli duntaxat summo sacerdoti, accedere liceret: idq; non nisi in anno semel nec absq; magna ceremoniarum sacrificiorumq; singularium solemnitate & apparatu. Hæc est arca, ad cuius honorationem vir secundum cor Dei (David loquor) cœm ædificare vellet templum, quantumuis alioqui Deo dilectus, prohibitus est tamen propterea quod

Esaiæ 6.  
Apocal. 4.  
Sanctitas  
quatenus  
conueniat  
Deo & crea-  
turis.

Exod. 3.

Iosue 5.  
Locis sacris  
quanta re-  
uerentia ex-  
hibenda.

Exod. 19.

Arca veteris  
testamenti  
cum reliquis  
sacris in  
quanta re-  
uerentia ha-  
bita.

Iosue 3.

2. Reg. 6.  
Arcam te-  
stamenti fi-  
guram esse  
Christi.

1. Paral. 17.

2. Reg. 7.

1. Paral. 17.

Hebræ. 9.  
Arca testa-  
mēti propter  
quid in ma-  
gno honore  
habita sit.

Reuerentia  
& deuotio  
quanta erga  
Christi hu-  
militatem  
habenda.  
Benignitas  
Saluatoris  
quanta.  
Matth. 8.  
Lucæ 17.

Sancta sua  
Iudæi quanta  
diligentia  
celauerunt.

Partis alie-  
rius Argu-  
menti expli-  
catio.

vir esset qui multum sudisset sanguinem, quasi pro arcæ maiestate huic offi-  
cio indignus, qui tamen Deo quoque id iubente, Salomoni hoc filio suo commi-  
sit, qui patris expleret deuotionem, impensas eidem ad hoc præparans videli-  
cet auri centum millia talentorum, argenti verò mille millia talentorum, &  
alia huic negotio necessaria absque numero. Deinde quoque ad ministerium co-  
ram arca Domini triginta millia Leuitarum ordinauit. Itaque si arcæ Domini  
quæ nil erat aliud quam ligna deaurata, habentia in se tabulas Moyfi, vnam  
auream manna, virgamque Aaron quæ fronduerat propterea tamen quod be-  
gura erat Christi, tanto colebatur honore, tanta obseruantia cælabatur, atque  
in tanta habebatur maiestate, quo decuit cultu honorari eum, qui vera vniuersi  
Dei erat arca: qui non aureis laminis, aut velis varicoloribus, sed sanctissimi  
humanitate vestitus, & cœlestibus intellectualibus, subtilibus, lucidis thronis  
Cherubim & Seraphim insidens ac præfidens, quanto altior est cunctis, tan-  
to est etiam vniuersis sanctior atque dignior?

O quanto desiderio, quanto amore, qua reuerentia, qua humilitate, qua  
deuotione & gratiarum actione, quanto denique iubilo erat videndus, audiendus,  
tangendusque, qui ex nimia pietatis suæ beneuolentia, qui ex benignissima  
dilectionis suæ exuberante, qui denique pro mansuetudine sua gratiosissima,  
cunctis adeo se præbuit affabilem, familiarem ac mitem, ut laprosos, immanes  
dos, peccatores, miseros, dæmonibus obsessos, despicabilesque ad se reciperet,  
illis loqueretur, sanitatem restitueret, absolueret à peccatis, omniumque pro-  
curaret salutem: Nam & eos qui ab aliorum hominum consuetudine arcebat-  
tur, ipse ad se admittebat, tangebatur, præbebatque se tangendum, nemini se no-  
gans, omnibus verò se cupientibus offerens. Postremò, ne hoc quidem tace-  
dum est, quam magna diligentia (Iosepho teste) celauerint sancta sua Iudæi-  
queque arcana, adeo ut non absque grandi iniuria ab exteris gentibus aliquid ho-  
rum videndum putarent: quam obrem alienigenas quoque templum non sine  
bant intrare, ne arcana sua à prophanis cognita despicerentur. Quam multa  
igitur debuissent maiori studio à nationibus prophanis sanctissimum in ho-  
mine latentem Deum abscondere, & sibi missum seruare, nec alijs tradere,  
ne apud eos qui sapere quæ Dei sunt, nesciunt, contemneretur seu negligere-  
tur? Quare non potius curabant, ut sibi apprime necessarius, utpote tam ani-  
marum quam corporum medicus, mortuorumque suscitator, vel ideo abscon-  
derent, ne à Romanis cui subditi erant, sibi tolleretur? Iam verò ipsi prohi-  
derunt hunc gentibus: nec solum non honorandum, sed illudendum etiam  
despiciendumque quibus potuere modis curarunt. Tantum abfuit ut veneratione  
aliqua celandum iudicarent.

*Iesus quam Iudæis exitiosus, ignominiosus, & odiosus, habitus sit.*

Itaque cum debuissent Iudæi Christum vti sanctum sanctorum venerari et  
colere, scilicet eius maiestate contuenda agnoscere indignos, contra cæcati fu-  
rore ac inuidia, manibus sacrilegis, immundis ac sanguine plenis, com-  
prehendunt, tenent, ligant, trahunt, trudunt, percutiunt, ignominioseque ac con-  
tumeliose afficiunt. Et quemadmodum olim infantem sanguinario prodide-  
runt tyranno Herodi, ita modo post innumera ab eodem suscepta beneficia  
captum, vinctum, atque ut mortis reum, iniquissime à se iudicatum, pagano  
addit



adducunt Pilato. Ante quem fama, honore, vestibusq; deinde, puta ad flagellationem & crucifixionem, est nudatus, spectaculū & confusionis opprobrium coram omni hominum frequentia factus. Quocirca Iudæis iusto id quoque contigit iudicio. Nam quia Christi humanitatem innocentissimam, ver-

Sancta omnia Iudæorum quo iusto eis iudicio ablata sint.

cundissimam, atq; pudicissimam, nudantes, quantum in se fuit, debonestauerunt, ridendamq; prauis exposuerunt hominibus, puta facinorosis, paganis atq; idololatriis: omnia sancta eorum, in quibus gloriantes stultè præsumebant, sunt non solum revelata, verum etiam illis ablata & gentibus tradita.

Veli templi scissio quid figurant. Match. 27.

Huius rei manifestam in passione & morte sua illis Christus obtendit figurā, quando velum templi (quo sancta eorum omnia abscondebantur) scissum est à summo vsq; deorsum & postmodum eadem eorum sancta per Titum & Vespasianum (vt Iosephi historia, arcusq; triumphalis Romæ propè Mariam nouam, manifestant) sub gloria sunt triumpho ostentata. Videamus igitur

Opprobrijs quæ Christus in sua passione sit affectus.

nunc, quibus rex gloriæ, Dominus virtutum, & cui omnis debetur honor, confusio, ignominia, opprobrijsq; & hoc multifariam, afficitur. Ducitur ad Annam, ceu de mala suspectus doctrina discutiendus, examinandusq; & ad saniores erudiendus. Quis est qui ducitur imbuendus? Sapientia æterna Patris, Christus Dominus, supremus Doctor veritatis. Et quis est hic Anna?

Pontifex quidem suo tempore, saducaus tamen, & iuxta fidem Iudæorum pessimus hæreticus, quod non vno tantum capite in Actis Apostolorum innuitur. Quid iam erat aliud quæso, Christum Dei sapientiam & veritatem

Act. 4. 5. 29. Anna quæ hæreticus.

constituere discutiendum iudicandumq; de sua doctrina & discipulis ante hominem hæreticum, ad cuius quasi fidem & eruditionem corripere deberet Christus, nisi eundem quoq; Christum falsæ & iniquæ doctrinæ insimulare, vt potè qui correctione egeret, & crimen hæreseos eidem dolosè impingere, quippe qui ad hæretici normam erudiendus, corrigetur? Huiusmodi dolos nequissimos discere etiam in reliquis multis, quæ circa Christum gesserunt, homines & nequitia & inuidia insignes quoniam quantis potuerunt cum ingenijs tum viribus, & vt addam etiam simulationibus, Christi famæ gloriosissimæ maculam inurere moliebantur. Quod si fortasse vel ij qui Christum ducebant, non tam exacte singula trutinantes, quantum Christo id aut aliorum quodlibet adhaereret improprietij intelligebant, generalis tamen intentio, studiumq; & opera eorum qui ad summum nitentur ignominiosum reddere Christum, eo ipsos fecit reos omnium scilicet quæ in Christi vergebant opprobrium seu improprium, quamuis hoc illud vè singulariter aut expresse eis non in mentem venisset, hoc est, quamuis non intendissent: quia ad huiusmodi omnia, & ad illorum noxam cōtrahendam ac demeritum suppliciumq; praua eis & consummata sufficiebat voluntas hæc generalis, quod quibus possent modis, Christo famam auferrent. Proinde per Hieremiam Dominus dicit:

*Prauum est cor hominis & inscrutabile, & quis cognoscat illud: Ego Dominus scrutans corda & renes, qui do unicuiq; secundum fructum adinventionum suarum. Animaduerte quia non dicit, qui do unicuiq; iuxta adinventiones suas, sed secundum fructum adinventionum suarum, vt intelligamus non solum quæ agimus mala, nobis imputanda: verum etiam quæ ex multis nostris operibus scandala aliavè mala quasi operum nostrorum fructus enascuntur, & hoc tunc potissimum, quando nostra est hoc modo constituta voluntas, vt æquè facere-*

Hier. 17. Apocal. 2.

mus

mus mala quæ agimus, tametsi præsciremus mala plura inde secutura. Hoc modo Iudæi omnium impropiorum Christi sunt rei quamuis plura fortasse quam putabant, aut intenderent singulariter, Christo accesserint eorum generali peruersa voluntate. Certum est enim, nec quisquam puto inficias ibit, scripturis præsertim hoc ipsum testantibus, Iudæorum omne fuisse propositum, omne cõsilium, omne studium, Christo detrahere famam, ignominiam componere, confusions, quantas possent exaggerare, stimulante eos (qua pleni erant) inuidia, & ad nequitia dolos eorum ingenia erudiente. Aderrat ipsis quoque instructor sagacissimus, rector & eorum caput diabolus, qui Christi persecutionem eorum animos exercuit, singula quæque profundius subreibusque machinando instituens, quam humana posset simplicitas aduertere. Quapropter pro regula generali tenendum foret, non centesimam, imò nemillesimam quidem partem eorum quæ passus est Christus, posse inuestigari. Verùm ad institutum redeamus: Annæ pontifici hæretico adductum esse diximus Christum, suæ doctrinæ rationem expositurum. Inde ductus est ad

Caiphas cur.  
Simoniaco  
fuerit.

Caipham Simoniaco (officium enim & pontificatus dignitatem precie merat à Romanis) ab eodem peruestigandus, ipse ne esset Christus aut filius Dei. Adductus est tertio ad Pilatum, audiendus an rex esset Iudæorum. Herodius quoque regi profelyto missus est, perinde ac proprio iudici, in cuius foret provincia conceptus & educatus. Hic Iesum tentat curiosus, scire cupiens, num supra naturam in illo aliquid esset, propterea satagebat Iesu potentiam in igno miraculo vè aliquo experiri. Postremò populari turbæ, cæco videlicet & sedizioso vulgò productus est, qui iudicaret, ipse ne morte dignior, an Barabas latro esset: & vter horum seruari vitæque donari esset dignior altero, qui esset interficiendus, vbi iniuria & contumelia ineffabili, latro prælati digniorque ac melior habitus est Christo. Siquidem Christus ad mortis supplicium, latro ad vitam petitur. Aduertis, reor, modo quantum sit Christi opprobrium, quo satiatur Christus. Nam si infames, turpissimos, indignosque atque nefandos iudices, ante quos statuitur iudicandus, rectè consideras, videbis non potuisse maiorem fieri contumeliam Christo, quam vti sanctitas ab impuritate, honestas ab iniquitate, à falsitate veritas, atque vti ita dicam, Deus à diabolo iudicaretur. Nec absurdum putetur, quod Domini hostes diabolum vocamus. Quomodo enim non rectè diabolus vel diaboli vocetur, qui Christum persequuntur, qui arma & diaboli sunt membra, quorum est diabolus caput, per quos etiam operatur? Dico igitur Christum sanctum Dei atque sanctitatem ipsam, dum hæretico, dum Simoniaco, dum pagano, dum profelyto, dum denique cæco offertur populo iudicandus atque huiusmodi nefandorum iudicium & iudicium fert, & sententiam, dehonestari atque ignominia exponi.

Luca 22.

Concilium  
in domo  
Caiphe quot  
ex præcipuis  
Iudæorum  
interfuerint

Surrexit enim omnis multitudo in domo Caiphe, vbi mane omnes volunt nonnulli esse conuocatos ad concilium, eosque maximè qui nocte simul non affuerant in damnatione Christi vti vniuersorum communis, par, vnaque esset sententia ac damnatio Christi. Dicitur à quibusdam, in domo Caiphe congregatos fuisse in concilium sexcentos vndecim sacerdotes, principes Iudæorum, seniores, scribas & pharisæos: nec tamen quod tot illi fuerint, contra veritatem pugnare videtur, nam ex omni Israel præsentibus erant adhuc festi diem, per vniuersam gentem suam quos habebant rectores, principesque ac sacer-

cerdotes: qui omnes putandi sunt tunc vocati in concilium, propter turbam quæ tunc simul conuenerat, quamq; metuebant Iudæi, in pace ac tranquillitate tenendam, vt Christi damnatio, quasi totius Israel siue vniuersæ gentis Iudaicæ nomine fieret. *Surgens itaque omnis multitudo, duxit illum vinctum ad Pilatum.* Et illi qui comitabantur Christum, non introierunt in pratorium Pilati, ne contaminarentur sed manducarent Pascha: quasi domus pagani & incircumcisi hominis, aut locus vbi super sanguine iudicatur, pollueret eos: sanguis verò innocens, cuius effusionem machinabantur, imò studium, opera & praua voluntas eorum, quibus innocentem Christum moliebantur interficere, non inquinaret eos.

## Precatio pro casta reuerentia.

**T** Domine Iesu Christe, qui propter nos despici contemni, indignèq; tractari voluisti: da nobis in omni seruitio tuo, maxime autem in sancti Altaris tui ministerio atque laudum tuarum, & castam reuerentiam, & vigilantem sensuum custodiam, & deuotionis seruorem exhibere: & in spiritus nuditate, atque simplicitate, cum semper, tum præcipue in illo tempore tibi inauertibiliter inharere, qui es benedictus in secula, Amen.

DE IUDÆORVM ACCUSATIONE ANTE  
Pilatum. Theorema XII.

## ARGVMENTVM.

**V**irtus quæ nunquam potest satis laudari, accusatur: iniquè defertur, & perinde ac peccatis obnoxia traducitur.

IESVS SANCTITAS PERFECTIOQUE VIRTU-  
tum omnium quanta fuerit. Concio XII.

**C**ompertum est, sanctorum nonnullos tantam obtinuisse virtutū perfectionem, vt humanæ fragilitatis naturalem conditionem supergressi, quasi in quandam voluntatem Deiformem inducti viderentur. Si quidem ad eò (verbi gratia) in quibusdam virtus viguit castitatis, vt pro illa obtinenda conseruandavè, non modo non egerentur contra tentationes concupiscentiæq; carnis colluctari seu configere, verum etiam tentationum & rebellionis insensibilitate ferme adepta, motus carnis luxuriæq; delectationes penitus nescirent. Simili modo quoq; in fortitudine pleriq; ad eò fuerunt roborati, vt pœnas immanissimosq; pro Christo cruciatus tolerandos non solum non expauescerent, sed etiam astuanter desiderarent, & secundum mentem suauiter amplecterentur. At verò quantacumq; virtutum perfectione enituerint sancti, nulla tamen interim ipsorum virtus, Christi poterit sanctitati comparari. Cunctæ enim ac singulæ virtutes quæ in Christo locum inueniunt, (sunt namq; virtutes, quæ Christo ratione singularissimæ excellentissimæq; dignitatis eiusdem non congruunt: vt fides quæ credendarum, non ap- parentium est rerum, ignotarumq; & inexpectarum, quæ æternæ non congruant.

Virtutū perfectionem  
quantā sancti quidam  
obtinuerunt.

Sanctitas  
Christi quā-  
tū aliorū ex-  
cellat sancti-  
tatem.  
Virtutes  
quædam cur  
Christo nō  
congruant.  
Hebr. II.

Z

gruit

Virtutes quæ  
excellenter  
in Christo  
fuerint.

Humilitas  
Christi quæ  
fuerit pro-  
funda.

Patientia  
Christi quæ  
fuerit.

gruit sapientiæ) in eodem cumulatiu non solum summum, nulliq; mor-  
lium comprehensibilem obtinent gradum, verum etiam in eo, vtpote vno  
verò Deo sunt exemplares, æternæ infinitæ causæ formales, originesq; om-  
nium virtutum, quæ in rationabilibus possunt inueniri creaturis. Quæ  
modum autem nemo potest metiri, quantum intersit spatij à cælo in terram,  
nisi primum nouerit quantum à terra distet cælum: ita nullus potest emeti-  
quam profunda Christi fuerit humilitas, nisi ante didicerit, eiusdem digni-  
tatis quam sit sublimis. Porro eius dignitatem capiet nemo, nisi comprehendat  
quoq; altitudinem diuinæ maiestatis: quæ cum omnibus sit admirabilis, co-  
prehensibilis nulli, nullus enim eam potest intellectus inuestigare: sequitur  
humilitatis eius profunditatem æquæ à nullo posse intelligi. Hoc idem simi-  
li modo circa patientiam eius deducitur. Siquidem iniuria quam Christus  
sinit, nunquam satis rectè potest estimari, nisi ante expendatur intelligi-  
turq; eius innocentia, bonitas, iustitia, beniuolentia, mansuetudinis, sa-  
nitatis, beneficentia, gratuita dilectionis, diuinæq; in ipso maiestatis mag-  
tudo, propter quæ singula, iniquior maiorq; seipia efficitur contumelia que  
uis Christo illata. Hoc modo de omnibus est sentiendum virtutibus Christi.  
Quare non immeritò neq; incongruè dictum est: Virtus quæ nunquam  
potest laudari, accusatur, &c.

*Iesus quam impiè mendaciterq; fuerit accusatus & infamatus  
coram Pilato.*

Partis alte-  
rius Argu-  
menti expli-  
catio.

Psal. 150.

**I**Taque licet tam præclara, tamq; immensa fuerit virtus Christi, ve-  
quam satis, quod dixi, etiam si creaturæ omnes suas adhibeant vires, posse  
laudari: hæc tamen non modo laudata, neq; honorata est, ab ijs præclari-  
quibus præcipitur in vltimo Psalmo, dicente Propheta: *Laudate Dominum  
virtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius: sed est  
criminum, iniquitatum, pessimorumq; excessuum tam cõtra diuinam, quam  
contra humanam, puta imperialem maiestatem, in leges cum diuinis  
humanas, aduersus veritatem & communem reipublicæ tranquillitatem  
cusatus & perinde infamatus, licet non minus fide atq; mendaciter, ac si quis  
piam fuisset è turba sceleratissimus. Quod vt euidentius fiat manifestum  
partim ex Euangelistis, partim ex scripturis alijs non spernendis, ceu in  
summam perstringenda sunt, quibus Dominum Iesum impij accusauerunt,  
simul ei & mortem inferrent, & famam tollerent.*

Famam quo-  
modo Chri-  
sto ludæi au-  
ferre conati  
sunt.

Ioan. 9.

Matth. 13.

Mariam &  
Ioseph de  
nobilissima  
stirpe geni-  
tos fuisse.

Et primum quidem in famam eius debacchantes, conati sunt ei (qui de Spi-  
ritu sancto conceptus, & de purissima virgine fuerat natus) spurij maculas  
inferre, velut ei qui ex fornicatione esset natus. Eam ob rem dicebant: *Hoc  
autem nescimus vnde sit, quasi incerto natum patre atq; ignoto, cum non possent  
runt ignorare Ioseph coniugem esse Mariæ, cuius potius dixissent filium, nisi  
alioqui falsè, si nolissent eum Dei filium confiteri, nisi mallet iniquè  
mandi quærere occasiones. Deinde criminabantur carpentatrici, hoc est  
Mariæ filium, non solum quod illegitimus, sed etiam quod ex vili & ignobili  
natus foret matre. Quorum vtrunq; erat falsissimum. Nam in terris secun-  
dum carnem non habuit patrem. Mater quoq; eius iuxta ac nutritius pater  
Ioseph, Mariæ castissimus sponsus, de nobilissima, dignissima sanctissimæ  
stirpe*

stirpe erant geniti, vnde ex matre nequaquam fuit vilis, sed valde nobilis: nec ex Patre illegitimo natus, sed ex patre Deo, Dei vtpote filius, genitus, Patri coaeternus. Accusabant eum quod cum faber esset lignarius, & vili proge- nie ortus regium ambiret & honorem & nomen: tamen non ignorarent pessimi calumniatores, cum à turba quasitus fuisset constituendus in regem, eum fugiendo, se abscondisse: vtpote qui (vt sæpè testabatur) non dominari, sed ministrari ac pati venerat. Accusabant quoque ipsum sabbatorum esse violatore, cum tamen ipse & creator temporis esset & sanctificator. Ei namque omne tempus seruit, & ob memoriam sanctorum operum eius, tempus sanctitatem ab eo recipiens, veneratione dignum efficitur. Inde calumniati sunt quoque, ipsum legis esse destructorem, & ab obedientia, quæ Deo in primis tanquam legislatori, deinde hominibus quoque ceu vicarijs eiusdem, fieri debet, abductorem: item seductorem populi ac peruersorem, Romani imperij hostem, Casari non subditum, factiosum, seditiosum, turbatorem pacis: & qui innocentium paruulorum mox natus, necis tam causam quam occasionem dedisset. Hoc modo Christum accusabant mentientes coram homine pagano & Romano iudice Pilato, cum tantum abesser à Christo legis destructio, vt solus ipse legem (quam testante Petro, neque illi, neque patres eorum, quantumlibet zelosi, potuerunt portare) vsque ad vltimum apicem, omnem compleuerit. Aded fuit obediens, vt per obedientiam eius iustificati sint sancti, peccatores Deo reconciliati: & ipse sit dux verus & doctor æternæ pacis, qui ingressurus mundum, non nisi in pace temporum voluit nasci, quo se pacis autorem venisse manifestaret, qui discordiæ & inimicitiarum causas tolleretur. Siquidem ipse pax nostra, soluens inimicitias in carne, faciens vtraque vnum, pacificans per sanguinem suum, teste Apostolo, siue ea quæ in terris, siue ea quæ in caelis sunt. Aded vero subditus erat Romano imperio, vt sub huius obedientia, scilicet parendo Casaris edicto, in alieno solo pauper & peregrinus voluerit nasci. Prædictis omnibus addiderunt, accusantes eum blasphemiam, puta quod filium Dei se nominauerit, secundum legem propterea interficiendus. Cæterum quam alienus ab hac culpa (vt cæteris omnibus) Christus fuerit, supernacaneum est respondere: quandoquidem ipse reuera filius Dei, blasphemantium Iudæorum iniuriam in se non modo sustinuit, verum etiam Patri pro contumelia blasphemantium tum Iudæorum, tum gentium satisfaciens, honorem restituit Deo, quantum neque sanctorum neque Angelorum aliquis, imò quantum nemo alius exhibere potuit. Postremò nitebantur eum, quo magis & maleficus crederetur, infamare. Nam virtutum operum eius, claritatem signorum, potestatem verborum & cætera, quæ hominis naturam atque potentiam excedunt, cum diuinitati debuissent ascribere, virtuti tribuerunt principis dæmoniorum, & pacto, quod cum illis Christum habere mentiebantur. *In principe, inquit, dæmoniorum, Beelzebub scilicet, eijci dæmonia.* Et quia secreta eis cordium suorum reuelauerat aiunt: *Dæmonium habet.* Age nunc o anima deuota, eum appellant maleficum, eum accusant pacti cum dæmonibus, qui secundum naturam humanam plenus erat Spiritu sancto, secundum diuinam verò tam à se quam à Patre, coessentialiter consubstantialiterque procedit Spiritus sanctus. Itaque Iesus Dei filius, cum vtroque eiusdem naturæ, eiusdem est substantiæ Deus. Porro quod artis magi-

Accusatio-  
nes Iudæorum  
iniquæ con-  
tra Iesum  
quæ fuerint.  
Ioan. 6.  
Matth. 12.

Actor. 15.  
Legem om-  
nem quam  
perfectè Ie-  
sus cõpleuit.

Obedientia  
Iesu quanta.  
Ephes. 2.  
Col. 1.

Blasphemiam  
crimen quã  
longè fuerit  
à Christo.

Iesus quam  
impie à Iu-  
dæis fuerit  
infamatus.

Matth. 12.  
Lucæ 11.  
Ioan. 10.

Artis magi-  
cæ Christi  
ab impijs in  
simularum  
fuit.

Miracula  
Christi &  
sanctorum  
eius cur ab  
infidelibus  
magicæ arti  
ascripserint

Accusatores  
Christi quæ  
quam secle-  
rati fuerint  
homines.

Psalm. 69.

Patientia  
Christi ma-  
gna.

ca Christum in simulauerint impij Iudæi, videre licet ex Legenda ( vt vocant )  
maiori sanctæ Cecilie, ex epistola etiam Pontij Pilati, missa ad Cæsarem.  
Huius autem epistolæ meminit Eusebius in sua Ecclesiastica historia, cuius par-  
ter in gestis Apostolorum Petri & Pauli mentio fit. Inde enim apud omnes  
paganos suspicio hæc generalis emanauit, quod magicis artibus imbuerentur  
Christiani, quibus tanquam mirabilibus signis præstigijsq; mentes ho-  
minum dementarent. Testantur hoc ybique quæ de sanctis martyribus acta  
leguntur, quantum de maleficijs fuerint falso suspecti, quod haud dubium  
ex iniquissimis Iudæis ortum constat, qui Christianorum caput, hoc est, ip-  
sum Christum, operari miracula per diabolum calumniabantur. Hæc enim  
ex potentissimis diaboli machinationibus vna fuit, vt opera mirabilia vir-  
tutesq; signorum siue per Christum ea, siue per eius membra ( virtute tam  
nominis Christi ) fierent, quæ testari alioqui sanam fidei doctrinam peo-  
rant, eiusdemq; veritatem comprobare, ipse diabolus, contra ad fidei im-  
pugnationem saluandorumq; impedimentum ea peruertit. Nam quod diu-  
na erat virtutis, credi faciebat magicæ fuisse artis. Inde fiebat vt marty-  
rum tolerantia supra naturam mirabilis, victorijsq; pœnarum insuperabi-  
lis, aded de maleficijs redderetur labe suspecta infamataq; ue, vt non solum  
fidem suscipiendam tyranni colla non submitterent, verum etiam duplici  
odio, puta Christiani & magici nominis, exterminare eam festinarent.  
Quicquid enim gloriosum, quicquid supra naturam faciebant Sancti, quo-  
quid stupendum aut mirabile patiebantur, hoc à paganis magicæ arti as-  
scribatur, diabolo id suggerente, ne ex miraculis diuinam virtutem in-  
telligentes, simul & idola contemnerent, & Christum adorarent. Quocir-  
ca fructus crucis in multis hac infamia iniquè per diabolum & organa eius,  
id est, Iudæos respersus, impediatur. Erat autem in lege Iudæorum male-  
ficijs crimen morti obnoxium. Quocirca eo vehementius varijs accusatio-  
nibus instabant Iudæi contra Christum, vt multis compositis, facilius quel-  
cupiebant, apud Pilatum obtinerent. Deceuerant enim Christum non quo-  
cunq; mortis genere perdere, sed vt crudelissimo, ita & ignominiosissimo  
perderetur, quo famam iuxta ac vitam amitteret, satagebant. Vt verò ac-  
cusationum harum iniuria magis eluceat, videndum accusatores ij qui sunt,  
aut quo schemate iustitiæ emineant, qui Christi innocentiam infamare ac-  
cusareq; præsumunt. Vt supra iam semel recensiti sunt, hi sunt hæretici, si-  
moniaci, pharisæi & hypocritæ, proditores, falsarij, homicidæ, in dolo  
verum dicere debent) Deicidæ, morte propterea gentes millies digni: qui die  
nocturnq; scrutati fuerant iniquitates, vt quibus dolis, quibus mendacijs, qui-  
bus simulationibus & Christi innocentiam infamarent, & eiusdem vitam  
tollerent, ipsiq; nihilominus sub vmbra simulatæ iustitiæ propriam male-  
tiam celarent. Vbi profectò magna Christi patientia elucet, qui tam iniquis  
accusatoribus quam falsis criminationibus nihil respondit, cum omnem il-  
lorum potuisset excogitaram malitiam, conspiratumq; concilium denudare,  
in se malignantes, mutuos efficere, & confidentes superbientesq; in menda-  
cijs suis confutare. Sed sciebat tempus esse modo patiendi.

Preca-

Precatio pro patientia in aduersis.

**P**lissime Domine Iesu Christe, da nobis hanc patientiam, vt detrahentium, obloquentium, obiurgantiumq; tam linguas quam iudicia equanimiter sustineamus, & neminem nos iudicantes, de omnibus sincere pieq; sentiamus, qui sis in secula benedictus, Amen.

*DE CHRISTI ACCUSATIONE ET ACCUSATIONIS MODO. Theorema XIII.*

ARGVMENTVM.

**I**udex vniuersorum, stans ante iudicem audiendus atq; discutiendus, contra iudicij formam tractatur.

*IESUS UT SIT REVERA IUDEX VIVORVM & MORTUORVM. Concio XIII.*

**H**ic articulus ex præcedenti oritur, cuius argumentum (vt auditis) duas res vè partes habet. Nam paucis multa indicans, dicit primum Christum iudicem vniuersorum, deinde (quod lamentabile est) iudicandum stare ante iudicem, tertio contra formam iudicij tractari. Prima huius argumenti pars, quod Christus sit iudex viuorum ac mortuorum, nemo ignorat aut dubitat. Sæpenumero enim hac de re testatur ipse Christus, quomodo visuri sint homines filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna & maiestate: & quomodo aliquos ad dexteram vt oves, alios ad sinistram vt hædos locaturus sit: quomodo deniq; eos qui secum in tentationibus perferarunt, quiq; omnia propter se reliquerunt, sedentes secum faciet in illo iudicio, iudicantes duodecim tribus Israel. Quomodo præterea cum ihs qui opera non habuerunt misericordiæ, disceptabit, quomodo vè eos maledicet, quomodoq; eos qui habent, laudabit & benedicet, & huiusmodi multa: vnde certissimum est, Christum Dominum nostrum iudicem esse viuorum ac mortuorum: quandoquidem in domo stans Caiphæ, in concilio iudicandus, non diffitebatur de se dicere, quod amodò essent visuri filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.

Verùm, secunda pars quod ante iudicem stet accusatus & discutiendus, in proximo est sermone superiori tractatum.

*Iesus iudex vniuersorum vti contra formam iudicij tractetur indicandus.*

**D**vabus prædicti argumenti prioribus partibus relictis, tertiam excutiamus: quæ fuit, Christum iudicem contra iudicij formam tractari. Itaque contempletur iam quælibet anima deuota, quomodo iudex viuorum & mortuorum, iudex inquam omnium iudicium, cui subiecti sunt qui alteri nemini subijciuntur, quem pauere habent qui neminem alium timeant, cui rationem sunt reddituri omnes, qui modo iudicant: quomodo inquam contra iudicij formam tractatur iudicandus, iudex inquam ille, cuius oculis nihil absconditur, cuius sapientiam nil latet, cuius ditioni nihil est

Iob 26.

exemplum, cuius potestati nemo potest resistere: ante quem (teste Iob) *caelestium* cœli cœtemiscunt & pauent ad nutum eius: qui apprehendit sapientes in aspectu eorum, qui adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem: qui ducit regum dissoluit, & cingit sune renes eorum: qui ducit sacerdotes inglorios, & equitantes supplantat: qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subuersas restituit in mirum: qui principes populi errare facit quasi ebrios, & (vt ad tremendum eius veniam iudicium) ante quem nemo iustus, nec infans vnus diei super terram.

Iob 25.

Iob 9.

quo Iob: *Si inquit, iustificare me volueris, os meum condemnabit me: Si innocentem me ostendero, prauum me comprobabit: hic modo stat ante iudicem iudicandus.* Obmutescit, in cuius conspectu omnis eloquentia est muta: stat velut infirmus, quem omnis virtus pauet, potestas omnis contremiscit. Stat verecundus, quem honestas erubescit, innocentiaq; metuit, coram quo cœli sunt mundi, stellæ obtenebescunt, sol verecundatur. Hic inquam coram iudice, ac si omnium quæ in se iniquè obijciuntur, esset reus, stat verecundus & tacet. Et is in quem ne minimum quidem peccatum cogitationis peccatum non later (ipse enim solus scrutatur, penetrat, nouitq; absconditum, vt vniciq; det secundum opera sua) hic grauisimorum fert criminum accusationem, eorum videlicet quæ non solum honorem aut famam vitam quoq; tollunt. Moliuntur enim (quod sæpè dixi) non solum mortem ei inferre, sed etiam ignominiosissimam crudelissimamq; deposcunt. Sed intelligendum non est, quam peruersus quoq; iudicij ordo ab æmulis suis reus sit. Antequam enim iudici adduceretur, iam iam inter illos fuerat damnatus: nec iudicij deposcunt audientiam, sed quod ipsi inter se iudicassent, à iudice rogant demandari executioni, quamuis necdum esset iudicij cognita causa. Ad eò enim tumultuariè cuncta fieri peroptant, vt priusquam iudex causam (quæ nulla erat) agnosceret, Christus mortis supplicium tollerent. Quocirca iudici indignabantur (verùm quam illud iustè, videris) quod adiecti sibi Iesu ac vincti, exquirent accusationes & causas, (videbat enim Pilatus, quod quem adducebant vinctum, morti peterent adiudicandum) nec ipsorum sequeretur iudicium, nec voluntati pareret, ad eò vt ipsorum etiam sententiam iudicantium ad limam reducere vellet. Cupiebant igitur Iudæi, extra vllam interrogationem de Iesu adducto, suam voluntatem expleri, & suæ nudæ postulationi in damnando Iesu à Pilato sibi obtemperari. Propterea enim vinxerant eum, quod mortis erat signum, ne Pilatus vltra quæreret, sed confideret illorum iudicio. Metuebant enim (si Pilatus quæreret, ipsi accusarent) Iesum sapienter responsurum, eorumq; omnia mendaciorum & cauilorum plaustra euerfurum, omnibusq; tandem infectis, cum ignominia abi à prætorio recedendum. Quamobrem à Pilato interrogati, quam adferrent accusationem aduersus Iesum: *Si non esset hic, inquit, malefactor, non tradidissimus eum tibi, ac si dicerent: Quid accusationem ac impetitionem nostram super hoc vincto interrogas?*

Apoc. 22.

Iudicij ordo  
peruersus  
contra Christi  
tentatus.

Ioan. 18.

Stomachatio  
Pilati in  
Iudæos.

Nunquid non sufficere tibi merito deberet, hunc esse adductum à nobis tan synceris, veracibus, doctis, potentibus, religiosis, iustisq; vt modo impium sit, de nostra sententia quippiam hæsitare? Stomachabatur autem e contra iudæi Iudæos Pilatus, quod suam sententiam præuenissent Iudæi: & id eò, si facis



sum erat illis, Iesum audisse & morte dignum iudicasse, admonebat vt perfecterent quoq; in eum quod statuissent: ipse neminem foret damnaturus cuius non ante cognouisset causam. Ided accipite (inquit) eum vos, & iudicate. Si postestatem habetis audiendi, iudicandi, damnandiq; exequamini etiam quod iudicatis sumendo supplicium. Arguebat profecto eos presumptionis, temeritatis, arrogantiae atq; inuidiae, idq; quasi ironice & ex obliquo dicendo: Vos pontifices, quibus ex officij dignitate adharet sanctitas: vos pharisaei, quorum tanta est autoritas in opinione vulgi propter religionem vestram: vos deniq; scribae & legisperiti, qui diuinae legis scientiam habetis, & alios docetis: vos quoq; Saducaei, quibus propter zelum iustitiae tam grandis inest seueritas: vos tandem septuaginta senes & iudices populi, qui ex Mosis, imo ex diuino instituto super alios iudicandi accepistis potestatem, vtpote ij in quibus est spiritus Dei: vos inquam omnes hanc habetis autoritatem, hominem non auditum iudicare, velut ij qui nequeant hallucinari. Nos vero Romani nihil horum praesumimus. Vos secundum scripturas vestras dii estis, qui secreta cordium & arcana perspiciunt. Nos vero qui homines sumus deceptibiles, ided perquirimus & informari in iudicando contendimus. Caterum interea contempletur anima deuota, quam vilis aestimetur is, quamq; facinorosus (ad quem nihil sunt, caelum, terra & cuncta quae illis continentur) a pessima Iudaeorum gente: quam deniq; cupiant legisperiti ab omnibus illum vilem, iniquum atq; facinorosum haberi, vt moliantur credantq; eum sine discussione, sine iudicio, sine audientia causae damnandum & interficiendum. Magna fuit haec iniuria, magnus contemptus in Dei filium. Nam si immodica contumelia erat, eundem innocentissimum qui peccare non poterat, ante iudicem sistere, inique accusare: maior tamen fuit iniuria, aded flagitiosum decernere ac velle haberi, vt citra iudicij formam sine quaestione vlla foret interficiendus. Verum hoc iudicium iniquorum Christus subire, & velut qui se purgare nequiret, tacere ad omnia voluit: vt nos in iusto ipsius iudicio non confundamur, vbi non poterimus vnum respondere pro mille: nec pro minima parte vitae nostrae rationem reddere.

Joan. 18.  
Teme-  
ritas  
praesumptioq;  
Iudaeorum  
quanta.

Numer. 11.

P salm. 81.

Iniuria con-  
temptusq;  
Christo co-  
ram Pilato  
quanta ir-  
rogata.  
Iudiciu ini-  
quorum cur  
Christus  
subire vo-  
luerit.

## Precatio pro linguae continentia.

**D**omine Iesu Christe benignissime, qui propter nos ante iudices ad omnes obiurgationes accusationesq; iniquas tacuisti, da nobis linguae continentiam, vt ab omni murmuratione, ab omni contentione & dissolutione, ab omni deniq; verbo aut vitioso aut ocioso liberati atque immunes, in silentio sancto cordis & oris, in mansuetudine ac vera pace cordis tibi semper placeamus, qui es benedictus ante saecula, Amen.

DE INIURIIS ACCVSANTIVM CHRISTVM.  
Theorema XIV.

## ARGVMENTVM.

**I**nnocentia, virtus, illeq; qui peccare non potest, cui soli peccant  
I quicunque peccant, hic peccatorum ceu reus accusatur.

IESV

IESU MAIESTAS DIUINA BLASPHEMATA  
 vt blasphemia accusetur. Concio XIV.

**A**rgumenti huius multæ possent esse partes, quæ hic quidem latent in his verbis, sed ex ijs quæ in Christum (teste Euangelio) acta dictaque sunt, colliguntur. vnde duos hic articulos diducam, paucis explicandos, qui simul argumenti manifestabunt veritatem. Primus namq; est: Maiestas diuina in Christo blasphematæ, blasphemiam accusatur. Quicquid Christo diuina natura indignum, iniquè irrogatum est, blasphemiam diuinam fuit natura. Quamobrem tota eius passio quid aliud, quantum ad eos qui molestias,

Blasphemia  
 quanta maiestati diuinæ in Christo irrogata.

Blasphemia  
 quæ iniustæ  
 Christus accusatus sit.

Deum Patrem  
 suum vt Christus  
 maximè  
 semper honorauit.

Blasphemia  
 crimè Christo  
 impossibile.

Blasphemia  
 duplex Christo  
 irrogata.

Partis alterius  
 Argumenti  
 explicatio.

Veritas essentialis vt sit Christus.

pænas, vulnera, opprobriaq; Christo ingerebant, quam blasphemiam fuit? Hoc tamen quamuis per omnem vitam suam à Iudæis (quibus nunquam defuit in quo Christum obiurgarent, stimulant, aut illi detraherent) fuerit blasphematus, accusatur blasphemiam: hoc est, accusatur quod diuinam blasphemauerit maiestatem. Hoc enim & ante passionem, quando illum lapidare volebant, & in domo Caiphæ, Pilati ac Herodis, illi falso impingebant. Verum prorsus erat impossibile Christo, Deum blasphemare, sed honorabat patrem suum. Quamuis enim Christus verus naturalisq; Dei sit filius, Deus de Deo, atq; cum patre essentialiter vnum, sui tamen humiliatione Deum plus honorificauit, plus glorificauit, quam vel aliqua creaturarum potuit. Contra hoc tamen impositum est ei ab iniuris crimen, quod nemo minus quam ille fecit, nemo præter ipsum solum facere nequiuit: imò cuius criminis oppositum nemo magis egit, agereq; potuit magis quam ipse. Et vt finiam, accusatus est de blasphemia in Deum, idq; ab impijs & blasphemis: qui in hoc quo Dominum Iesum blasphemum dicebant, multò maximè blasphemabatur ipse Deus. In Christo enim solo, & in nullo alio homine personaliter (verè loquendo) blasphemari potest Deus. De tanto igitur crimine quod soli ei fuit impossibile, idè ab eo quoq; alienissimum, infamatur Christus: & hoc ab ijs, quorum ipse blasphemias sceleratissimas tolerabat. Quomodo enim non grauissimè blasphemantes, potuissent Christo blasphemiam crimen imponere? Atqui nemo blasphemiam illum accusare, nemo peccatum quoduis aliud illi irrogare potuit absq; grãdi enormiq; Dei blasphemiam. Duplex igitur iniuria, duplex Christo hic blasphemiam irrogatur. Vna, qua blasphemiam incusatur ipse Christus, hoc est, qua blasphemus impie iudicatur: altera, qua ab alijs sic iudicatus blasphematur. Dicitur enim iniquè blasphemus, simulq; ab ijs dum hoc dicunt, blasphematur.

*Iesu veritas aeterna vt negetur, mendacijsq; infametur.*

**S**ecundum hinc videamus articulum, qui est: Veritas negatur mendacijsq; infamatur, nihilominus tamen ipsa mendacijsq; negata veritatis accusatur. Hic articulus longius ductus, ita dilucidatur: Ille qui est essentialis veritas, vt pote Verbum Dei Patris, per quem coelum & terra facta sunt atq; subsistunt: ille qui propter veritatem complendam natus est: quandoquidem quicquid patribus atq; prophetis fuit promissum à Deo, per Christum est adimpletum. Quam enim ob rem aliam venit in mundum, quam vt veritatem doceret, veritatis quoq; viam ostenderet, in seipso monstrans quomodo in veri-

in veritate ambulare oporteat? nam hoc ante Pilatum ipse quoque confessus:

*Ego, inquit, in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam* Ioan. 18.

veritati. Hic etiam propter veritatem, hoc est, ut in se nobis pro veritate moriendi daret exemplum, ignominiosam, duramque mortem pertulit crucis. Cui

item omnes prophetæ, cui omnes scripturæ, cui denique ipse cœlestis Pater in

voce, & Spiritus sanctus in specie columbæ testimonium perhibuerunt: cuius

postremo verba adeo sunt certa atque infallibilia, adeo solida & firma, ut si v-

niuersus mundus aliquid affirmaret veri, quod verum quoque esset, ille verò

diceret quod mundi foret assertioni contrarium, totus mundus erraret: faci-

liusque rediret in nihilum, quam Iesu verba cassa inaniave, aut ceu non vera-

cia transirent: iam hæc veritas (quod huius secundi articuli altera est pars) ab

hominibus mendacibus, non propterea tantum quod omnis homo sit men-

dax, sed quod studiosè atque dedita opera in Christum mentiebantur, passa est

obiectiones mendosas. Accusatur enim falsè Christus quod veritatem abne-

gauerit. Miraris quod dico Christum accusari, quod veritatem abnegauerit?

Non mireris: ex Euangelio enim facillè potest ostendi: Postquam Pilatus in-

terrogasset Iudæos, quam adferrent accusationem aduersus Iesum, & illi ge-

neralibus non potuissent iudici Pilato persuadere verbis, ut sibi non accusa-

tum Iesum damnaret, sed potius Pilatus ipsemet eius vellet causam discute-

re, nec Iudæorum iudicantium atque damnantium fidei stare: cogeantur Iu-

dæi exponere accusationes, quibus magis iudicem sperabant mouendum Ro-

manum. Dicunt igitur: *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram.* Si Chri-

stus gentem vestram subuertit ò Iudæi, quod dicitis, in quo subuertit? *quia*

*commouit, inquit, populum, docens per vniuersam Iudeam, incipiens à Galilæa vs-*

*que huc.* Videtis ne quid in Christo accusent? Nempe, quod docuerit populū,

quod illum commouerit, quod subuerterit. Nemo reprehendit in doctore

quod benè doceat. Adeo igitur prudentes fuere Iudæi, quamuis inuidia mali-

tia pleni, ut non præsumerent pro accusatione recipiendum, quod Christum

dicerent docuisse, nisi (quod significatius in verbis, subuertentē & commouit,

expresserunt) voluissent, ipsum perperam ad seducendumque (nam & post mor-

tem seductorem illum vocabant, dicentes: *Recordamur quod seductor ille dixit*

*adhuc viuens)* atque ad subuertendam plebem docuisse. Quod quid fuerit aliud,

non video, nisi quod Christum infimulant studio subuertenda gentis atque ex-

citandæ commotionis gratia docuisse malè, hoc est, contra veritatem. Nam

si docuit veritatem, locum non haberet accusatio. Hoc enim modo docere,

non est gentem subuertere: sed volunt quod contra veritatem Iesus docue-

rit, quod est, veritatem abnegasse: præsertim si, quod dicunt, studio fraudis,

hoc est, ad subuertendos auditores, ad plebis commotionem, hoc est, ad tu-

multum, seditionesque ac rebellionem suscitandam docuerit. Est igitur Iudæo-

rum accusatio, quod Christus qui est ipsa veritas, populum seducendo subuer-

tendens, quod per falsam necesse fuisset fieri doctrinam, abnegauerit verita-

tem. Addiderunt deinde Iudæi in accusationibus coram Pilato, quod prohib-

uisset censum dari Cæsari, & quod nominasset se Christum regem. Omnia

hæc mentiebantur Iudæi. Neg enim Cæsari dari censum prohibuit, qui dixit:

*Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Quod verò Christum se no-

minauit, quod erat regem se nominasse, nihil contra Romanum fuit impe-

Ioan. 18.

Luca 3.

Ioan. 1.

Verba Chri-

sti quæ sunt

certa acque

infallibilia.

Psalm. 115.

Veritas mē-

daci &amp; ne-

gatae verita-

tis accusa-

tur.

Ioan. 18.

Luca 23.

Accusatio-

nes menda-

ces contra

Christum.

Math. 27.

Math. 22.

rium. Siquidem Christi regnum nihil commune habet cum hoc regno mundi, quod Romani affectabant: nec lædebantur hoc Christi regno, quod spirituale est, cuius imperium & potestas nihil demit imperatoris imperio. Propter hanc tamen vltimam accusationem ingressus Pilatus, Iesum solummodo interrogat de hoc tantum, an rex esset Iudæorum, alias namque duas accusationes spreuit, quia sciuit falsas. Respondens Iesus: *A temetipso*, inquit, *hoc dicitur tibi dixerunt de me?* Quasi diceret: Puto à temetipso hoc non dicas Pilate. Nihil enim (scio) vidisti in me, quod regium ostentet fastum, aut quod regni temporalis præ se ferat ambitum. Si verò alij hoc de me tibi dixerint, dicitur quoque necesse erit, vnde moueantur vt hoc de me dicant, aut quid de me huiusmodi viderint, quod accusationem habeant ambitionis, quod ex illis, non me habes interrogare. *Nunquid ego Iudæus sum*, ait Pilatus, vt regni regis & regni, stirpem, stemma & genus agnoscam? *Genus tua & Pontifices te tradiderunt mihi.* Non caret occasione. *Quid fecisti?* Non est, inquit Iesus, regnum meum hoc mundo. Si enim esset, adessent ministri quoque, qui defenderent ne in manus dederet Iudæorum. Iam verò ipse tu vides, mihi nullos esse ministros. Quibus enim alijs imperarem? *Ergo rex.* Pilatus dicit, si regnum habes, tamen illud non fit de hoc mundo. Christus respondet: *Tu dicis, quia rex sum ego.* *hoc enim natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* Et quicumque ex veritate est, audit me. Non igitur veritatem negare possum, quod quod verum est, me fatear regem, licet non huiusmodi quem tu formides. Pilatus interrogat ultra quid sit veritas. Verum non expectans responsum, exit ad Iudæos, dicens se nullam in homine inuenire causam, nec mortem dignam. Reclamant autem Iudæi, illum commouisse populum per medietatem, seditiosamque doctrinam, qua populum subuerterit à Galilæa vsque in Galilæam audiens Pilatus, & inquirens, vbi Christum didicit esse Galilæam atque de Hierodis esse potestate, qui propter festum tunc erat Hierosolymis, misit Iesum ad illum, gaudens de occasione nacta, qua se de Christo iudicandum haberet, quem innocentem videbat, & per inuidiam alienam grauari. Multum enim (vt in sequentibus magis elucescet) quaesuit occasiones Pilatus Christum liberandi. *Sciebat enim quod Iudæi per inuidiam tradidissent eum.* Hic iam quod charissimi aduertite. Homo gentilis & paganus aduertit Christi innocentiam, reueretur virtutem, horret illi malum inferre, licet in Christo nihil sciret nil aliud credat, quam de bono ac iusto homine. E diuerso verò Iudæi, non scirent Messiam venturum, scirent quoque tempus Messie, quo venire debet impletum: ad hæc quicquid in Messia expectabatur, in Christo videbant impletum: sciebant quod Christus sæpe expressis manifestisque verbis, sæpe verò obscuris atque secretioribus verborum indicijs Christum se Dei filium manifestauit, Patre quoque testimonium ei perhibente, quod vera loqueretur in voce, & per signa, miracula ac prodigia, quæ Christus autoritate atque potestate faciebat in expellendis dæmonibus, in languoribus curandis, in resuscitandis mortuis, quæ nullus hominum sua potuisset virtute aut quacunque humana fecisse. Nam etsi legantur in veteri quoque testamento, qui suscitauerint ad vitam mortuos, hoc tamen fecerunt inuocatione diuinæ potestatis atque Dei nomine, non sua virtute. Nemo enim sua virtute vnquam legitur, quæ naturam potestatemque excederet humanam, miracula fecisse: quomodo Christus

Ioan. 18.

Lucæ 23.

Matth. 27.

Pilatus in quo Iudæis preferendus.

Miracula &amp; opera Christi vt diuinitatem illius testentur.

4. Reg. 13.

do Christus per imperium faciebat sua autoritate, quæ cum Patre & Spiritu sancto illi vna fuit. Quapropter si mihi non creditis, dixit Iudæis idem, operibus Ioan. 10. credite. Illa enim testantur non solum me hominem esse, verum etiam Deum: quia quæ operor, humanam excedunt virtutem, & à solo Deo fieri possunt. Atq; iterum: Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non habere Ioan. 15. putarent, puta Iudæi, quod non crederent. Iam autem operibus victi sunt atq; signis, vt cogantur nisi omnino stipites sint aut lapides, sentire virtutem mihi inesse diuinam, qua hæc facio. Itaq; vt cœperam dicere, cum hæc omnia scirent Iudæi, humaniorem tamen multo homo ac iudex erga Christum se exhibuit paganus, quam Iudæi, faciente hoc invidia Iudæorum, quæ eos profus excæcauit.

## Precatio pro sancta simplicitate.

**D**omine Iesu Christe, da nobis in veritate & sancta simplicitate cordis ambulare absque furo, absque dolo, absque vlla simulatione, & in omnibus sinceritatem præstare, ad laudem & gloriam nominis tui, qui es benedictus in secula, Amen.

DE ILLUSIONE CHRISTI APVD HERODEM.  
Theorema XV.

## ARGVMENTVM.

**D**ominus noster Iesus Christus, qui est omnipotentia & sapientia incomprehensibilis, contemnitur atq; illuditur: & qui eloquentia est facundissima, obmutuit.

## IESU OMNIPOTENTIA ET MAIESTAS VT ILLUDATUR &amp; contemnatur. Cancio XV.

**S**I hoc argumentum rectè est explanandum, operæ precium est illud diuidi in tres articulos: quibus distinctis, facilis & breuis erit omnium elucidatio. Primus articulus est: Omnipotentia & potestas illuditur atq; contemnitur. Christum esse omnipotentem, esse etiam virtutem Dei atq; sapientiam, supra manifestatum est Theoremate sexto. De eo quoq; scriptum est: Dum silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus venit. Item de seipso loquens, dicit: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Et illud: Qui dedisti ei potestatem omnis carnis. Item: Subest tibi cum volueris, posse. Et alia multa, vt sunt: Quis mensus est pugillo aquas? aut quis celos palmo ponderauit? Quis tribus digitis appendit molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera? Et quæ sequuntur alia, quibus ostenduntur eidem comparata, aut coram eo nulla esse omnia, nec plus in illis esse, quam puluerem terræ exiguum, nec plus ab eo quam momentum stateræ reputari? Ipse enim est verbum illud quo cali firmati sunt, quo etiam viuunt atq; subsistunt omnia, cui omnia obtemperant. Ille veluti infirmus, impotens, atq; cui desit virtus aut potestas vindicandi, contemnitur atq; illuditur. Nam vbi, Pilato illum mittente, inter homines scelestos, latronibus nihilo meliores, victus ad Herodem. Herodes viso Iesu, vepotè homo curiosus, gauisus est. Multo namq; tem-

Omnipotētia Christi testimonia.

Sapient. 28.

Math. 28.

Ioan. 17.

Sapient. 12.

Esaia 40.

Psal. 32.

Omnipotētia &amp; Sapientia contemnitur &amp; illuditur.

Luca 23.

Silentij Iesu  
coram He-  
rode causa  
quæ.

Ioan. 18.

pore Iesum videre desiderabat, sperans signum videre ab eo, ob nihil aliud. Iesum desiderans, præterquam ut noui aliquid videat. Hoc sciens Dominus Iesus, nequaquam illi placere affectabat, nequeius quæsiuit gratiam, imò se-terfugit, quia non optauit à morte liberari. Quod fortasse fuisse factum, si esset è manibus Iudæorum liberatus, si gratiam obtinisset (quod facile po-tuisset) Herodis. Atq; idèd ne specimen nobis adulationis, aut affectandæ hu-manæ gratiæ exemplum relinqueret, interrogatus ab Herode multis sermo-nibus, nihil respondit: rogatusq; ut coram rege signum aliquid faceret, re-cosauit. Stabant autem ibi, quemadmodum coram Pilato fecerant, pharisæi Iudæorumq; principes constanter accusantes eum, contra quæ etiam nihil re-spondit. Spreuit igitur illum Herodes rex cum exercitu suo.

*Iesus sapientia incomprehensibilis pro fatuo deridendus  
exponitur.*

Partis alte-  
rius Argu-  
menti expli-  
catio.

Iob 5.  
Sapient. 8.  
Psal. 146.  
Hierem. 17.

Rom. 11.  
Esaia 40.

Sapientia  
Patris increa-  
ta despicit-  
ur, atq; pro  
stulto habe-  
tur.

Ductio hæc  
Iesu quibus  
iniurijs facta

Lucæ 23.

**A**lter articulus ex præcedenti argumento elicitus, talis est: Hic qui sapientia est incomprehensibilis, pro fatuo spectaculoq; deridendus exponitur. Christum virtutem & Dei sapientiam, quomodo supra diximus, nemo est qui nescit. Ipse enim est qui comprehendit sapientes in astutijs suis, ipse est qui à fine attingit vsq; ad finem fortiter, disponitq; omnia suaviter. Ipse est denique unus sapientiæ non est numerus, regens & gubernans omnia, scrutans corda & renes: cui nihil absconditum. Omnia videt & intelligit, & nemo est qui illum doceat. Quis enim adiuuit spiritum Domini? aut quis co-siliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo inquit consilium (ut propheta dicit) & instruxit eum, & docuit eum sententiam iustitiæ, & erudit eum scientia, & viam prudentiæ ostendit illi? Hic fatuo illudendus exponitur. Nam postquam Herodi regi nihil respondere voluit in re tam ardua, puta vbi de vita aut morte eius agebatur, & acculetores habebat potentes, principes, quos hostes quoq; sibi maximè sequebatur, ac vehementer tam audaces, quàm importunos. In tanto igitur periculo constitutus, quia (ut Herodes secundùm humanam iudicabat prudentiam) seipsum iuuare noluit, nec uti gratia volebat amicorum, quæ hic apud Herodem vltro etiam illi offerebatur, rex Herodes cum exercitu suo illum spreuit, atq; pro fatuo habuit. Illusit quoq; ei in veste alba, quæ erat festiuorum, illudendumq; ad Pilatum remisit. Putasne graue fuerit æternæ sapientiæ Patris, sic despectum, ludibriosaq; veste amictum, redire ad Pilatum, pessimorumq; ac puerorum ludum fieri? Remittitur autem sic in alba derisoriasq; veste Iesus illusus ad Pilatum. Quomodo per medium tunc fidei-uitatis ductus, quomodo pueri senesq; occurrerint, quot irrisionibus quàm fatuo Christo illusum sit, relinquo pijs animis meditandum. Quia igitur ad Pilatum remissus ab Herode fuit, Pilatus conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit: Oblulistis mihi hominem hunc, quasi auertentem populum. Et ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes, ut videtis. Nam quia fortasse me suspectum habetis, quod iusto clementior sim huic vincito vestro, propterea ad alium iudicem vos misi, nolens contra conscientiam meam & iustitiæ leges à Romanis mihi præscriptas, agere. Verùm quomodo mihi il-  
Ium,

lum, ita mihi est remissus. Videtis enim quia nihil dignum morte actum est illi. Emendatum ergo illum dimittam.

*Iesus eloquentissimus facundissimusq; uti obmutuit.*

**I**am tertius articulus occurrit elicendus: Eloquentia facundissima obmutuit. Obmutuit, inquam, non ex infirmitate, sed ex voluntate. Christum se exhibuisse facundissimum ac eloquentissimum, non credo aliquem hanc de re posse dubitare. Quid enim in Christo non erat (quicquid gratiarum, virtutis aut laudis fuit) excellentissimum? Necessè erat igitur, in hac gratia eum esse præstantem, qui in omnibus erat singularis. De eius singulari eloquentia atque loquendi virtute est illud apud Euangelistam, quod principes, pharisæi & huiusmodi genus hominum, miserunt qui comprehenderent Iesum, & adducerent eum ad se. Qui vbi ad illum venissent, & audissent illum loqui, nihil efficientes, nihil potentes, infecto negotio redierunt. Interrogati quare non adduxissent Iesum: Nunquam, inquit, *auduimus hominem sic loquentem. quomodo iste loquitur*, indicantes ipsum non solum verba sonare, sed in verbis vim quoq; & virtutem committere, cui nemo contra eius voluntatem posset contradicere siue contraire. Propterea lætabantur etiam turbæ, quia loquebatur Iesus docens sicut potestatem habens, & non sicut scribæ & pharisæi. Hic tamen qui erat tam facundus, ut eloquentiæ ipsius nemo esset qui posset resistere, iam vbi maximè alijs hominibus incumbit loqui ut se liberent, ipse obmutuit, sustinens tanquam esset reus, impiorum accusationes omnes. Nam vbi (quemadmodum dixi) Pilatus animum suum exposuerat Iudæis, Iesum emendatum velle dimittere, exaggerabant & colligebant accusationes plures, quas nunquam inuenire poterant. Cõperunt igitur eum accusare in multis. Itaque cum accusaretur Iesus à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Pilatus autem rursùm interrogauit eum, dicens: *Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Non respondes quicquam? vide in quantis te accusant.* Iesus autem non respondit ad vllum verbum, ita ut miraretur præses Pilatus vehementer, sciens Iesum virum prudentem & vehementer eloquentem, qui paucis verbis omnes contra se factas potuisset allegationes dissoluere, accusantesq; omnes confutare, mutos ac elingues facere. Hoc enim Pilatus admodum desiderauit, ut Christus innocens suos aduersarios confutaret. Verùm hæc hora erat Christo à Patre data, qua pati, non se defendere, & debuit & voluit. Idedò fuit ut omnia aduersum se tam mendacia quam accusationes iniquæ præualerent.

Partis alterius Argumenti explicatio.

Eloquentia Christi singularis.

Ioan. 7.

Matth. 7.  
Marc. 1.

Matth. 27.

Silëtij Christi coram Pilato causa qua.

### Precatio pro humilitatis & patientiæ Iesu imitatione.

**I**esu misericordissime, qui nos verbo nec minus exemplo erudisti ad humilitatem & mansuetudinem, qui patientiam (ut alias omnes virtutes) in temetipso docuisti, da nobis humilitatis ac patientiæ tue vestigia seruentissimo studio imitari, & à nulla tentatione, à nullaq; pusillanimitate superari, qui es benedictus in æternum, Amen.

DE POSTULATIONE IUDÆORUM, QVA LATRONEM ad vitam, Christum verò ad crucem petebant.  
Theorema XVI.

## ARGVMENTVM.

**H**ic qui vitæ est dator & conseruator, vtpotè clementia & beneficentia ipsa pijsissima, latroni vitæ spoliatori, seditionumque artificio postponitur: quo etiam vilior, nequior, atq; vita indignior habitus, ad amarissimam crucis mortem postulatur.

IESVS UT SIT VITÆ DUPLICIS DATOR AC conseruator clementissimus. *Concio XVI.*

**P**ossent in hoc argumento duo articuli distinctim sequestrari, qui essent quod vitæ dator latroni comparatus, nequior vitæq; indignior habitus sit, & quod clementia & beneficentia suprema ac liberalissima, ad mortem postuletur. Verum vtrunq; hunc articulum in vno adnatum, citius abfoluere possumus. Dominus noster Iesus Christus, est nobis vitæ dator, est vitæ seruator, est redemptor, est etiam saluator noster. De hoc quia diffidit nemo, non longa indiget comprobatione. Qui enim mortuos potuit resuscitare, haud dubium est, esse eum vitæ autorem & datorem. Præter tamen hanc naturalem corporalemq; vitam, est alia vita spiritualis, qua anima viuunt æternum. *Qui credit* (inquit) *in me, non morietur in æternum, sed habebit vitam æternam.* Huius vitæ pariter est collator. Ad hoc enim venit in mundum, vt vitam habeant, & abundantius habeant, vitam nimirum gratiæ iustificantis. De hac vita loquitur, quando dicit: *Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum seruaerit, non morietur in æternum.* Item: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, non morietur in æternum.* Item: *Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat.* Hæc est vita qua viuunt etiam ij, qui corpore mortui sunt.

Ioan. 11.  
Ioan. 10.

Ioan. 8.  
Ioan. 6.  
Ezech. 18.

Clementia  
quid sit.

Clementia  
Christi quæ  
sit imensa.

Ioan. 9.  
Matth. 8.  
Marc. 7.  
Luca. 14.  
Ioan. 6.

Porro quod clementia sit, atq; ipsa aded beneficentia Dominus Iesus, non potest esse obscurum. Clementiam enim hic vocamus, beneuolam inclinationem cordis animiq; compatiens affectum, quo aut alienam quis turbitiam commiserans, aut de felicitate aliorum gaudens, per dulcem quendam charitatis affectum, quem proximo communicat, quæ aliorum sunt, sua attribratur. Videamus nunc, quam clementiam possideat Christus: nonne immensam? nonne infinitam? nonne eam quæ fons origoq; est omnium bonorum, de qua ad indignos quoscunq; beneficentia emanat? Hæc clementia illuminauit cæcos, curauit languidos, surdis auditum, claudis gressum, mutis restituit eloquium: enérgumenos, paralyticos, leprosos, sanitati, integritatiq; restituit. Pauit esurientes, sæpenuero ipse esuriens, afflictos confortabat, consolabatur mæstos, timidos turbauit. Quid plura? Erexit cædentes, opprobrio affectos excusat, afficientes verò humiliat, tentatos defendit, honorat despectos, tyrannos arguit & seductores. Exaltauit humiles, & simplices docet.



docet, mortuos suscitatur, oppressosque quavis molestia leuat. At quare qui propter salutem animarum venerat, sanandis corporibus, beneficiisque corporali-  
 bus operam dabat? Certè præcipuum hoc ei fuit studium, colligendis electis, atque in viam rectam reducendis, inuigilare. Ad hoc omnem nauat operam, docendo, discurrendo, cum peccatoribus manducando, piis misericordemque se præbendo, calumnias & opprobria sustinendo, ut pereuntium animas saluet. Eam igitur ob rem in conferendis beneficiis corporum, in faciendis miraculis exterioribus, in modo viuendi communi sese exhibuit, quo cunctis fieret manifestum, non minus animarum ipsum esse curatorem ac saluatorem, quam corporum: nec minora: pauciora uero, quin potius multo excellentiora se præstare paratum beneficia animabus, quam corporibus reformandis. Verum igitur est, non propter corpora curanda Iesum uenisse in mundum, sed propter animas saluandas: corporalia tamen beneficia prærogasse, ut à se spiritalia quoque petenda homines doceret. Animarum namque ruinam & damnationem miserans, corporibus largitur beneficia, ut perceptis beneficiis uisibilibus homines & benefactoris reciperent notitiam, & in eiusdem traherentur amorem: cognitione enim Dei & amore, salus paratur animabus: indeque (quod dixi) sperare discerent se remedia accepturos animarum, ubi recepissent corporum. Itaque in hoc clementissima pietas, seu piissima clementia dulcissimi, misericordissimi atque compatiensissimi cordis Christi sentitur, quod Patri suo cælesti tam sedulo, quam indefesse intra animi sui præcordia æstantibus desiderijs, pro nostra omnium salute semetipsum obtulit, exposuit, opposuit atque exhibuit, cernens dolensque nostram errorem, nostram ingratitude, multiplicemque transgressionem. Dolebat quoque iustam iram & à nobis meritam indignationem Patris super nostras continuas iniquitates. Dolebat sui contempum nostramque ignorantiam, duritiam & iniuriam erga immensam suam fidelitatem & dilectionem. Dolebat postremo pro nobis, attendens nostra pericula, damna, poenasque reatibus nostris reddendas, quæ auertere à nobis satagebat, nos docendo, pro nobis laborando, orando, lachrymando, humiliterque satisfaciendo, & iugem passionis animique sui dolorem præsentem & futurum, internum & externum, pro nobis sacrificando. In ipso enim non solum quæ coram & ante eius oculos erant, uerum etiam quæ (iuxta id quod externam attinget corporis afflictionem) illi futura erant, secundum propositum atque intentum in animo semper illi præsentia aderant: propter quæ omnia (ut nonnulli uolunt) uita eius continua mors, mille alijs (ut dicam) mortibus maior fuit. Si enim huiusmodi quid (licet incomparabiliter minus) de beato Paulo Chrysostomus in libro de eiusdem laudibus scribit, & de seipso idem Paulus Corinthijs confitetur: quanto magis de Christo hoc ipsum compatiensissimo sentiendum est? Nam uero per istos animi internos motus, per affectionesque doloris ac tristitiæ, per studia sancta atque conatus, per externas quoque operationes, per fatigationes corporis, per defectus, inclementias, penurias, ieiunia, uigilias, prædicationes, discursus, orationes, proæter laboribus quoque huiusmodi, beneficiisque alijs supra enumeratis comparare, recipere, ac pati detractationes iniquè peruerentium, tam facta, quæ uerba ac studia sua eiusmodi, recipere quoque obseruationes, dolos, insequutiones, inuidias, iras, persecutiones, contumelias: nec propterea tamen suæ beneuolentiam, siue

Studium Christi præcipuum quod fuit.

Beneficia corporalia cur in terris contulerit.

Animas ad saluandas uenisse Christum in mundum.

Pietas clementissima dulcissimi cordis Iesu quanta.

Vita Iesu quomodo continua mors fuerit.

Chrysost.

J. VI  
23

Amoris cordis Iesu plenitudo quibus indicijs manifestata

siue beneficentiam deserere, sed potius omnia in nostram & plerumq; in eorum qui huiusmodi malis atq; molestijs premebant, salutem conuertere: nunquam non hoc clementissimi, pijsissimi, amorq; plenissimi cordis indicium, eubdētissimumq; est testimonium? Verum ubi hanc contingit verē diuinam clementiam inuenire in homine? Certē in nullo præterquam in solo Christo homine Deo.

*Iesus ut homini impijsimo vitaq; extinctori aequiparetur, & ad crudelissimam mortem poscatur.*

Partis alterius Argumenti explicatio.

Collatio Iesu ad Barrabam.

Barrabas cur bene vocetur filius diaboli. Ioan. 8.

Matth. 27. Luca 23.

Ioseph. bell. Iud. lib. 2. cap. 11.

Barrabas quanto viuendi desiderio tenebatur.

CONSIDERATA igitur prædicta Christi clementia, aperi oculos ad stupendum mirumq; aliquid contemplandum. Contuere enormem peccatorumq; iniquitatem, quantam puta ab initio seculi haud comperimus. Cerne quomodo ignobili ac vili populo Iudæorum, mortā alicuius scelerum deprecaturō eregione collocati proponuntur duo: agnus videlicet mansuetissimus, & rapacissimus lupus: tenerrima, immaculata, patientissimāq; ouicula, iuxta sceleratissimum hircum: virtus inquam bonitatisq; inuincibilis opponitur contra nequam flagitiosum: hinc Saluator, illic constituitur Iatro. Dominus dominorum ac omnium regum Rex, erga vilissimum nebulonem Dei filius, cum filio diaboli. Filius namq; non incongruē dicitur diaboli Barrabas ille Iatro, vel propter opera sua facinorosa ac studia, quomodo & Christus Iudæos vocat ex patre esse diabolo: vel quia (vt quidam volunt) Barrabas, si vno r & duplici b scribatur, significat diaboli filium. Proponuntur itaq; simul à Pilato (quomodo dixi) Dei filius & filius diaboli, daturq; vniq; discernendi iudicium, eligendiq; optio ē duobus, eum scilicet qui sit melior, vitaq; dignior, cui propter festi priuilegium donetur vita. Electus igitur à populo est Iatro tanquā Christo melior, & vita donandus: reprobatus Christus, tanquā vita indignus. Postponitur Christus Dei filius, viliorq; æstimatur Iatro: nec solum postponitur, verum etiam dum Iatro postulat ad vitam, Christus poscitur ad crucem. Hic Barrabas, vt Euangelista dicit, Iatro erat insignis & seditiosus, qui in tam sancta ciuitate, sancto tempore, & congregata vndiq; omnifariam innumera populi multitudine, tumultum excitauerat: vbi ex leui principio multorum millium potuisset strages euenire: quemadmodum Iosepho teste, alio quodam tempore milite stipendiario in derisionem Iudæorum nudata posteriora obijciente, supra triginta milia hominum, tumultu suscitato, perierant. Hic igitur Barrabas, quantumlibet sua esset vita reipublicæ perniciosus, nihil tamen æstimasset multorum millium hominum innocentium mortem, modo suam facinorosam omnibusq; periculosam ac pestilentem vitam, patrandis malis alijs compluribus feruaret. Considerandum itaq; quomodo is per quem cælum, terra, & omnia que in eis sunt, visibilia & inuisibilia, imperatores, reges, principatus, potestates, Angeli & homines creati sunt: in cuius manu subsistunt omnium corpora, spiritus, tempus, fortuna, substantia, esse & viuere, collocatur, comparatur ad hunc scædum vilissimumq; nebulonem. Porrò, cum hic audax, effrons, nequam, eregione Christi, & Christus erga ipsum velut ei in malitia similis, populo peruerso proponeretur, vt alterum ad vitam, alterum eligeret ad mortem, quanto putas viuendi desiderio tenebatur pessimus hic Iatro, quamuis vitam

vitam turpissimam profusq; intolerabilem ageret? Profectò licet vitæ eius pestifera & indignissima conseruatio, foret extinctio saluberrimæ vitæ ac Deo dignæ vitæ Christi: quæ quidem vel vna hora melior, preciosior, Deo acceptior, gloriosiorq; & hominibus vtilior est, quam mortalium cuncto- rum in vniuerso mundo esse potest vita: maluit tamen hic nebulo mille eiuf- modi vitas salutare, quam suam cunctis noxiam, perire. At verò è regione Christus deflexo capite, demissis oculis, manibus compositis, mansuetissimo corde, maturo ac humili gestu, animo patienti, silenti ore stabat. Quantumq; Barrabas pestifer, impudens nebulo, aspirabat ad vitam, cupiens se, quamuis flagitiosum, innocentissimo Iesu præferri: tantum & multò plus ad mortem anhelabat Christus pro peccatoribus perferendam, quorum Barrabas vnus e- rat. Ita fit, vt virtus postponatur iniquitati, & latro præferatur fidelissimo propugnatori, Domino, tutori, datori vitæ præsentis sempiternæq;. Aduerte hic tamen, Barrabam non solum Iesu præferri ad vitam, ita vt Iesus, quamuis veluti latrone indignior, & Barraba vtilior seu posterior, in vita tamen etiam seruaretur, sed pro maiori contemptu Iesu, ad vitam latro, Christus verò non ad vitam, sed ad ignominiosam mortem postulatur, tanto intervallo latroni postpositus, quantum interest inter vitam & mortem. Porro maleuo- lis, miseris, maledictis Iudæis hæc inuidia, cæcæq; latronis conseruatio, salua- toris verò interemptio non impunè euenit: quandoquidem post passionem Christi mox Hierosolyma eorum metropolis latronibus & ficarijs adeò re- pletur, vt publico foro cunctis formido, & nulla esset viuendi securitas. Tan- tus enim omnibus metus aderat moriendi, vt iam interemptus quisq; super- stite æstimaretur felicius, quod ille semel pœnam cum vita deposuisset, hic omni hora mortem expectans, vel ipso metu continuè moreretur. Quibus tamen nullum consilium, nullum suffragabatur subsidium, vt potè qui sibi- ipsis hoc malum a seauerant, interficientes Iesum saluatorem, latronem vita honorantes. Quam innocentior adhuc Pilatus, qui tantopere pro liberatio- ne Christi laborauit, propterea solum cum latrone nequissimo, & alioqui o- mnibus odioso Christum proponens, vt facilius esset occasio Christo vitam impetrandi? Cupiebat enim, vt si Iudæi Christo parcere nollent, tanquam in- nocenti, parcerent ei vel tanquam reo, sed ex Iudæorum supplicatione & pro- pter festi priuilegium redempto: quod nisi interuenisset, iam de sua vita actû esse etiam ipse Christus intelligeret. Eam ob rem odiosissimum quem habuit vinctum sceleratissimumq;, cum Christo proposuit, quo omnino sperabat ad- huc Christum acceptiorem. Ipseq; Pilatus vtrò admonuit Iudæos, vt vin- ctum aliquem sibi dimitti pro solito priuilegio peterent: interrogatq; quem è duobus vellent sibi dimitti, Barrabam, an Christum. Item si vellent, dimit- teret eis Christum regem Iudæorum. At illi clamabant: *Non hunc, scilicet no-*

Christus  
quantū pro  
peccatori-  
bus mori de-  
siderarit.

Interfectio  
Christi vti  
Iudæis non  
impunè abi-  
erit.

Pilatus velu-  
deis innocen-  
tior fuerit.

Ioan. 19.

Matth. 27.

B b turbam,



perantia. Quamdiu igitur nihil erat indecorum in eis, sed virtuti omnia consentanea, nulla erat causa quare erubescerent. At postquam ipsi ab obedientia Dei recesserunt, passi sunt etiam à carne rebellionem, concupiscentias quoque & passiones rationi obstrepentes. Itaque ubi illam in carne senserunt deordinationem atque inobedientiam, repugnantiamque inter appetitum sensitivum & rationalem, coeperunt erubescere, velareque se & obtegere. Arguebat enim eos illa deformitas amissæ obedientiæ, & quam experti fuerant, pacis ac tranquillitatis: arguebat quoque obstrepentium concupiscentiarum excitatus clamor insuetus: arguebat postremo peccatum, quod ipsi quoque Deo fuerant inobedientes, quamobrem hanc sentiebant inobedientiam. Veruntamen in Christo, qui exors liberque fuit ab hoc primorum parentum nostrorum peccato, certum est, quantum attinebat seipsum, nullam fuisse causam erubescendi. Neque enim in eius fuit carne, quod spiritui: neque in anima fuit, quod rebellaret Deo. Totus enim innocens, totus erat absque vitio & sine defectu. Neque enim habuit in se (quemadmodum nos) quo erubesceret, utpote qui de Spiritu sancto sanctus conceptus, virtute altissimi mirabiliter & supernaturaliter formatus, & ex Maria inuiolata virgine natus. Cæterum quomodo alias naturæ nostræ infirmitates & passiones, cirra peccatum, ita etiam verecundiam & erubescenciam propter nos assumpsit. Et verecundia quidem, in quantum est virtus, quæ sonat pudicitiam quandam & horrorem turpitudinis, quæ in sanctis & castis hominibus, puta virginibus, maxime viguit: tanto erat excellentior in Christo, quanto ipse fuit castior & pudicior. Erubescenciam quoque habuit propter peccata nostra, quæ suo dorso imposta portauit, haud aliter ac si ipse commississet, pro ijs erubescens ac poenitentiam faciens. Cæterum quo ad seipsum, quoniam plenus virtute, plenus erat Spiritu sancto, non potuit cogitare, nedum facere, cuius gratia esset erubescendum, imò quo ineffabili non foret præconio commendandum. Erubuit tamen, siue (ut modo assueto loquar) confusus est in sui castissimi virginei corporis nudatione, secundum æstimationem hostium suorum: qui propterea nudabant corpus eius, ut confusionem, improprium, ignominiamque illi inferrent, & verecundia afficerent. Fuit præterea hæc ipsius nudatio verecundia propter amicos eius, licet paucos, qui pro magna confusione id Christo factum dolentes acceperant. Ipse tamen non est confusus, nec propterea ignominiosior fuit aut vilior, sed potius honoratior atque gloriosior. His verò qui Christum ignominia putabant afficere, quoniam si ipsi fuissent nudati, pro magno hoc æstimassent opprobrio, in hoc quidem consolatio suboriebatur, quod Christum deonestassent: at ignominiam sibi perpetuam propterea comparauerunt, Christo verò nihil penitus nocuerunt. Nemo enim honestatem deonestare potest, sed studio suo prauo (certum est) non potest non sibi conciliare turpissimam infamiam, quisquis hoc molitur, ut honore dignum, ignominia afficiat. Pari modo cætera quoque quæ Christo contigisse legimus patienti, tametsi opprobrium, ignominiam, improprium vè indicent aut contumeliam, nihil tamè Christo intulerunt, vnde in se factus sit vilior Christus, licet ut inferentes non facti sint propterea ignominiosissimi, non potuerit fieri. In æstimatione quoque hominum impiorum factus est vilior Christus, at pijs propterea gloriosior est habitus. Eam ob rem non terri debemus,

Erubescendi  
aliam fuisse  
Christo cau-  
sam quam  
nobis.

Verecundie  
virtus quam  
excellenter  
in Christo  
fuerit.

Nuditas sui  
cuiusmodi  
Iesu confu-  
sionem at-  
tulerit.

Sapient. 1.

mus, quando vilia de Christo quæ passus sit legimus, quando quidem scriptura quoque ijs verbis vtitur in persona Iudæorum: *Contumelia, iniquiens, & inmento interrogemus eum, & morte turpissima condemnemus eum: nec formidat, quod Christo propterea aliquid inhonestatis adhaerit, aut Christus subiectus ignominia vitiove alicui fuerit: quin potius in oculis duntaxat hominum, atque in corde & opinione infidelium, Christi perfectionem integritemque haud agnoscentium, fuerit putatum. Hoc namque modo ad Hebraeos quoque Paulus, passionem Christi nominat improperium. Tanto ergo nobis debet Christus, quanto viliora propter nos non dedignatur.*

Hebr. 13.  
Gregorius.

Passus est ergo Iesus confusionem secundum inferentium opinionem, sustinuit opprobrium nostrum, sicut dicit in Psalmo: *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Item: Tu scis improperium meum & confusionem meam, & reuerentiam meam.* Quocirca fuit quidem in Christo erubescencia, non autem quomodo in nobis, sed pro nobis. Neque in se habere quare erubesceret, præter nostra peccata, quæ tanquam sua fecerat. Proprim quomodo patiebatur, ita quoque erubescerebat. Quocirca verecundia quoque, quomodo omnes alia virtutes in Christo perfectissime & incomparabiles sunt, ita hæc quoque, puta pudicitia quatenus virtus est, maxima perfectissimaque fuit in Christo: imò quanto eius innocentia & sanctitas erat, quamliorum hominum maior, tanto erat verecundia quoque in eo perfectior. In plenitudine enim gratiarum atque omnium virtutum quæ in illo semper fuerunt, neque agere, neque loqui, sed ne cogitare, aut velle quidem potuit Christus quicquam, quod non esset pudicissimum ac honestissimum, aut quod erubescencia, confusione, ignominia ve foret dignum. Veruntamen ut confundatur afficeretur ve ignominia Christus, omnem mouerunt lapidem, omnes vires expenderunt Iudæi. Eam ob rem innocentissimum eius corpus, pudicissimum atque virgineum nudantes, quantum in ipsis fuit dehonestarunt, iuxta intelligendi modum, quem paulò antè dixi. Siquidem eius nudatio, nuditatisque reuelatio, magnam Christo quoque verecundiam ingerebat: non quod in se propter quod erubesceret, haberet: sed quia id quod in alijs est ad verecundiam & erubescenciam, in se quoque ad sui confusionem ignominiamque spectet nulla sibi esset) hæc fieri, sicut ab alijs acceptari intelligebat. Est autem alijs virginibus, quo sunt verecundiores, imò comptiores castioresque ac magis pudica, tanto grauior, tantoque intolerabilior molestia nudari, atque ea que vel natura abscondit, reuelari. Vnde compertum est, quibusdam castis virginibus tolerabilius fuisse pro Christo subire mortem, quam reuelari (ut sic loquatur) verecundiam ipsarum honestatem, pudicitiam ve secretam nudari. Cum igitur Dominus Iesus verecundia, pudicitiaque, quomodo alijs (ut dixi) virtutibus in immensum fuerit ornatus: quomodo idem pro virtute verecundia, pudicitiaque zelo propter astantes, qui eius nudatione aliter accipiebant, & propter aliud quoque faciebant, hoc est, qui mtebantur eius verecundiam grauare, atque illum despicabilem reddere atque ignominiosum, non fuisset vehementer grauatus? Ipsi enim hæc contumelia multo omnium minimè debuerat fieri: quod quidem verecundia vbiuncumque ex virtute nascitur, tutanda, reuerendaque est maximè, nec villo vnquam afficienda probro. Nihil tamen horum con-

Pudicitia  
quarundam  
virginum  
quanta.

cessum est Christo. Nam nudatus est non minus ter suis in passione vestibus, <sup>Nudatio Christi tri-</sup> puta flagellandus, coronandus, & crucifigendus. Porro si quis inter flagellationem & coronationem non reindutum vestibus contendat, sed antequam flagellatus reindueretur vestibus, ad coronandum dicat nudum in praetorium (hoc est, locum spatiosorem) introductum, non repugnans sed dicimus, ubi purpura clamideq; fuerat exuendus, suisq; reinduendus vestibus antequam ad locum exiret Caluariae, necesse erat illum nudari: quam nudationem, si altera quam dixeram negatur, in illius locum supponimus. Ceterum haec ipsa nudatio Christi, de qua in praesentiarum loquimur, propter eius fiebat flagellationem, quam Pilatus vt Iudaeos placaret, ad Iesu ordinabat castigationem.

Precatio pro spiritus nuditate.

**I**esu piissime, qui propter nos nudari voluisti, da nobis affectum nudum ac ab omnibus terrenis, ociosis ac vitiosis exoccupatum ac liberum, quo extra te nil aliud cupimus, sed tibi castissima, feruentissima, iugis dilectione semper inhaereamus, qui es benedictus in secula, Amen.

DE FLAGELLATIONE IESU. Theorema XVIII.

ARGVMENTVM.

**Q**ui nostra nobis peccata & penas pro his debitas remittit, quiq; à flagellis Hebraeos eripuit, pro peccatis nostris ipse flagellatus ab eadem gente poenam luit.

IESVS MISERICORDIAM QUANTAM HUMANA genti semper exhibuerit, quomodo peccatis hominum ignoscat. Concio XVIII.

**D**vos hoc argumentum in se habet articulos, puta vt is qui nostris ignoscit peccatis, pro nobis ipse luat: & qui à flagellis Iudaeos eripuerit, à Iudaeis flagelletur. Certè non obscurum est, misericordia Domini plenam esse vniversam terram: quantum verò nobis parcat, quantum ignoscat misericordiarum Dominus, non solum exemplis veterum, sed nostro etiam experimento didicimus. Quanquam enim multa flagella sint peccatoris, sperantem tamen in Domino misericordia eius circumdabit, & si iniquitates obseruaret (id est, ad condignum puniret) Christus, quis sustineret? id est, quis valeret sustinere? Testantur eius misericordiam languidi, quos curauit ipse Iesus ambulans in mundo, quomodo penas infirmitatesq; corporum pro peccatis sibi inflictas, Domino curante, euaserint: & simul eorum peccatorum eodem Domino dimittente, veniam acceperint. Ita enim huiusmodi sanans Dominus, dicebat: *Vade, & amplius noli peccare.* Item latro quoq; qui cum Christo suspensus ad crucem fuit, nonne mortem alioqui paulò post tolerandam, sustinuit temporalem & fide quam habuit in Christum, enast aternam? Magdalenam & alios cōplures à peccato redeuntes, sine flagellis, citra

Flagellatos  
Iudæos quā  
misericordi-  
ter Deus li-  
beravit.  
Exod. i.

improperium, absq; obiurgatione, Christus ad gratiam suscepit. Verum  
alterius quoq; articuli primam partem attingam quam clementer, quam  
misericorditer Dominus noster miseros, afflictos, flagellatosq; Iudæos de ma-  
nibus flagellantium eripuerit, flagellatores verò eorum, id est, regem Aegypti  
Pharaonem, Cenchem nomine, qui Iudæos flagellari, & infantes eorum ma-  
sculos in flumen proijci mandauerat, populumq; eius flagellauerit, id est, ve-  
rijs plagis, tenebris, ranis, grandine, locusta, &c. castigauerit, Exodi liber ma-  
nifestat.

*Iesus quam fuerit crudeliter flagellatus, quomodoq; item pij quiq; sese in  
eiusdem flagellatione exercebunt.*

Partis alte-  
rius Argu-  
menti expli-  
catio.

Flagellatio  
Christi eur  
perinde ac  
mors Iudæis  
fit ascriben-  
da.

Pilatus qua  
intentione  
Christu fla-  
gellauerit.

Psal. 32.

Esaiæ 53.

Flagellatio-  
nis Christi  
causam esse  
peccata no-  
stra.

Passio Chri-  
sti quomo-  
do contem-  
planda.

Ignauia &  
malitia hu-  
mana quan-  
ta.

**A**T verò eodem tempore, elapsis licet interea multis annis, eadem gen-  
olim ab Aegyptiorum flagellis liberata, nunc suum liberatorem, flagel-  
lis cadendum, gentibus contradidit. Cuius quidem flagellatio perinde  
Iudæis ascribenda venit ac mors. Nam etsi gentilium manibus sit patra-  
ta, à preside est impetrata & extorta, neq; enim propterea minus est illis im-  
putanda Christi flagellatio, quod Iesum non flagellandum, sed crucifigendum  
Iudæi postulauerint: quandoquidem eorundem petitioni dum satisfacturus  
Pilatus, crucifigendum Iesum damnaret, ante secundum consuetudinem Ro-  
manorum oportebat eundem & flagellari. Quamquam & illud verisimile est,  
quod à multis creditur, Pilatum ad mitigandum Iudæorum rabiem, inuidijsq;  
furorem, Christum flagellis miserabiliter castigari voluisse, vt vel sic humi-  
liato & afflicto parcerent, inuidereq; desiderent. Quomodoq; igitur acci-  
piatur Iudæi flagellationis praestiterunt occasionem, nos verò causam: id est,  
peccata nostra, pro quibus eluendis ipse voluerit castigari, & nobis parcere.  
Scriptum namq; est, *multa flagella esse peccatoru.* Itaq; si vni peccatori multa  
flagella, quot debentur peccatoribus multis? quot omnibus? Porro Esaiæ te-  
ste, *Omnes nos errauimus, id est, peccauimus. Dominus vero, hoc est, Deus pater,  
posuit in eo (id est, in filio) iniquitates omnium nostru. Et disciplina pacis nostri a super-  
eum, cuius liuore sanati sumus. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, astrum  
est propter scelera nostra.* Ex quibus verbis prophetarum Dauid & Esaiæ liquet,  
omnia peccata nostra dorso innocentissimi Iesu imposita, durissimèq; ac sine  
misericordia super illum castigata. Quocirca contemplare hic cum deuotio-  
ne, gratiarum actione, & magna verecundia o homo Dominum tuum, Deum  
tuum, iudicem tuum, contra quem peccasti, quem offendisti, à quo puniri, què  
placare & reconciliare debueras: ad penam sustinendam, satisfactionemq; im-  
pendenda se pro te substituere vicarium: flagella, verbera, dolores & liuores,  
pro te suscipere: cadi, trudi, trahi, crudeliterq; vulnerari, O quam iuste cle-  
mandum esset: O Deus pater aeternè, o iudex iustissime, parce innocentissi-  
mo puero tuo, parce sanctitati & puritati filij tui. Ipse non est qui peccauit,  
ipse nihil poenarum commeruit. Ego ego sum qui peccaui, ego malum feci. In  
me vertendus est iustitiæ tuæ furor. Agnus hic innocens quid mali fecit? O  
clementiam Dei incomprehensibilem, o malitiam humanam & ignauiam in-  
effabilem, vbi superbia ac petulantia locus, vbi delinquendi demiq; datus oc-  
casio, vnusquisq; accurrit, & prior fore contendit: at vbi patiendum, vbi sa-  
tisfa-



tisfaciendum, vbi est emendandum, ibi non aliter atq; formidolosi & pauidi equi retrogradimur: atq; in locum nostrū, Iesum innocentem substituiamus: cuius innoxium licet videamus pro nobis fundi sanguinem, sicis tamen oculis (quod impiissimum est) prætergredimur. Quo igitur magis compungaris ad verecundiam & compassionem, meditare primum quā dignanter, quamq; voluntariē sanguinem hunc preciosum atq; purissimum qui modo per flagella tā crudeliter funditur, tamq; impiē pedibus calcatur, de integerrima ac castissima Virgine assumpserit. Secundō, quam sublimiter per vnionem diuinæ personæ, eundem honorauerit, ac dignum effecerit. Tertio, quam teneriter & aliorum puerorum more nutruerit. Quarto, quam mundum integrumq; seruarit. Quinto, quam clementer, quam laboriosē, quam strenuē, quam continuē in hac valē miseræ tibi seruiens, pro tua salute hunc exercuerit. Sexto, quam anxie hunc in monte Oliueti esudauerit. Septimō, quod tam spontē, tam deuotē, nec parcē, sed largissimē, imō & omnem pro te patri offerre voluerit. Octauo, quod eundem nobis in iuge sacrificium, in nectar saluificum, in thesaurum preciosissimum, ad conformationem noui testamēti, & pignus æternæ salutis, non minus pietate mirabili quam ardenti charitate, vsq; ad consummationem seculi reliquerit. Modo verō idem ipse sanguis crudelissima hac & maximē pœnosa flagellatione, virgis, flagris, ictibus validis, inter amarissimos dolores, ex tenerrimo corpore, ex nobilissimis artibus extrahitur: & tam impiē, quam indignē in terram funditur. Hic inquā sanguis Christi, cuius vnica gutta omnia peccata mundi delere, omnes animas pœnis eximere, & sempiternam eisdem salutem mercari digna est, sufficiens ac valens, ignominiosē nunc sceleratorum, & pro quorum salute funditur, pedibus conculcatur. O generatio viperina, o genus syluestre, o virulentia vilis, quam charē, quam laboriosē recuperata es, quanti aestimata es à Domino tuo, quantum dilecta ab illo, quia maxima & nobilissima pro te exposuit. Contra verō tu amatorem hunc tuum leuipendis, imō & vilipendis atq; contemnis. Nondē, meditare amarissimum dolorem gratiosæ ac mitissimæ animæ Christi, quæ corporis imporrabiles cruciatus tam longanimiter quam patienter tulit, quibus te æternis gehennæ incendijs atq; tormentis eximeret. Pœna flagellorum & virgarum acutissimarum verbera & ictus validissimos, quantum pœnarum corpori Christi tenerrimo ac nimium delicato, vtpotē nobilissimo atq; virgineo, infixerint. Expende (quod à multis scribitur) quantum acus siue vnci ferrei, scorpionesvè flagellis innexi, carnem lacerauerint virgineam: & simul collige teneritudinem carnis, leuissimamq; cutis mollitiem, totius item corporis optimam habitudinem complexionis quoq; nobilitatem, quæ Christo naturaliter etiam inerat maior, ob tenerrimā, nobilissimā atq; Deo dignā matris suæ virginæ singularem integritatem, cuius lac virgineum, quo Christus ipse infantulus alitus est, nobilissimum fuit nutrimentum, quale infantium perceperit nemo alius, quippe quod ex virgine & supra naturam manaret. Deinde adde subtilitatem, perspicaciamq; tactus omnium sensuum ipsius ac sensationis, apprehensionem item fortem perceptiuæ cognitionis, potentias & vires animæ eius, quibus solus ipse clarā, certā, perfectamq; cognitionem habere potuit, & discretiuam perceptionem singulorum ictuum, dolorum atq; pœnarum: idē singulariter in singulis

Flagellatio Iesu quomodo cum cōpunctione meditanda sit.

Gutta sanguinis Christi vna quā efficax.

Flagellationis pena cui grauisima Christo fuerit.

Nobilitatis complexionis Christi quanta.

anem-

Anima Christi membris distincta & inconfusa cognitione. Quemadmodum enim anima  
 fti quantum reliquæ membri vnius aut vnius pœnæ percipiunt cruciatum, ita percipiunt  
 dolorem in anima Christi omnium & distinctè singulorum, quod probè per omnem  
 passione passionem intelligendum est. Siquidem cæteris animabus id vñu venit, vñu  
 perceperit. ter multiplices dolores pro eodem tempore, ad eius tantum se conuertat im-  
 ginationem, quem patitur vehementiorem, cæterorum quasi stupida obli-  
 scens: quæ si ad plures simul conuertat se, distracta, cuiuslibet minorem acci-  
 pit cognitionem. Verùm in Christo longè aliter factum est, vtpotè ctius co-  
 gnitio, vires, sensusq; propter viuacitatis potentiam, subtilitatis acumen, pe-  
 spicacitatis extensionem & virtutem naturalem, non poterant impediri  
 apprehendendo aut sentiendo. Dominus namq; potestatem suorum habet  
 sensuum, quos in suis actibus seruare potuit, sicut voluit. Quia vero passio  
 prorsus voluntaria fuit, ad satisfaciendum Patri pro peccatis totius mundi  
 idcirco tantum dolorem assumpsit in magnitudine, in acerbitate, in duriti-  
 nitate, donec iustissimè Patri æquitati esset satisfactum pro intolerabilibus  
 æternis, immensisq; pœnis innumerabilium hominum. Proinde non con-  
 tentus ijs quæ foris ad pœnam sibi exaggerabantur, sibi ipsi dolores & tribu-  
 tias internas auxit, vt æqua lance mensuram pœnarũ omnibus peccatis m-  
 di debitam, ipse solueret. Decimo, meditare blasphemiam, id est, contemptum  
 diuinæ maiestati in persona Christi irrogatum: quæ quidem blasphemia su-  
 perioribus omnibus fuit maior, aded vt hæc alia omnia quæ Christus patitur  
 faciat magna, grauiã & nimis iniuriosa. In his conspice Christum, contem-  
 plare humillimè tacentem, verecundum: & quasi verè omnium malorum  
 reus foret, nihil contradicentem: sed perinde ac agnum mansuetissimum, pa-  
 tientissimum, ferentem tenerrimæ pellis suæ lacerationem. Contuere gestus  
 & mores eius honestissimos: miserabilem, sed amabilem vultum: caput  
 Desici humiliationem, vulnere multitudinem, verberum multiplices  
 crudelitatem atq; duritiam, quæ vsq; ad ossium patefactione penetrauerunt  
 & dorsum secundum Augustinum, ac humeros: secundum Hieronymum  
 rō, pectus Deitatis contentiuum, omniaq; corporis membra sauciabant, col-  
 secabant, lacerabant. Huius figuram tam nominis interpretatione, quam pas-  
 sionis conformitate Iob gerens, ceu in persona flagellati Iesu loquebatur, &  
 cens: *Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua, &  
 exprobrantes percusserunt maxillam meam. Satiati sunt pœnis meis. Concidit me  
 Deus apud iniquum, manibus impiorum me tradidit. Tenuit ceruicem meam & con-  
 fregit me, id est, dorsum meum: & posuit me sibi quasi in signum. Circumdedit me  
 lanceis suis, conuulnerauit (id est, per totum vulnerauit) lumbos meos. Non peper-  
 cuit, & effudit in terra viscera mea. Concidit me vulnere super vulnus, corruit in  
 quasi gigas. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Os  
 cles mea intumuit à fetu, & palpebre meæ caligauerunt. Hæc passus sum absque  
 quitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces. Terra, ne operiret sangui-  
 nem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce enim in Caluaria  
 meus, & conscius meus in excelsis, &c. Hæc ibi. Vide itaq; fremitus tortorum  
 validosq; flagellantium ictus, qui delicatissimi corporis Christi tenerissimam  
 cutem atq; carnem, quotiescunq; iterabantur, sulcabant: donec mirisimè  
 agnus totus rubricatus sanguine, qui per corpus sacrosanctum decurrens in  
 piorum*

Blasphemia  
 diuinæ ma-  
 iestati irro-  
 gata in Chri-  
 sti passione  
 quanta.

Gestus &  
 mores Chri-  
 sti patientis  
 quales.

Iob vt figu-  
 ram passio-  
 nis Christi  
 gesserit.  
 Iob. 19.

Flagellan-  
 tium Chri-  
 sti crudeli-  
 tas quanta.

piorum pedibus calcabatur, totusq; vulneratus, non habuit à planta pedis v-  
 que ad capitis verticem, locum in quo esset fanitas. Quid igitur modo tibi vi-  
 detur? Est nedignus cui compatiaris? Meruicne vt pro eo lachrymeris? At-  
 tende pro quo patitur, & vide num tibi non sit causa hic amarissimè lachry-  
 mandi. Expende quis est qui patitur. Si ouicula, si catulus pateretur innocens,  
 eidem condoleres. Si homo, si princeps, si rex, si imperator pateretur vel pro  
 seipso, aut factus miserabilis, aut ab hostibus captus, quid ageres? Nonne fle-  
 res? Quid enim minus posses? Iam patitur, & pro te patitur, maiestatis Do-  
 minus, Rex gloriæ, ante quem vel imperatorum mille terrenorum siue pote-  
 stas, siue maiestas, non est æstimationis aut comparationis tantæ, quantæ fo-  
 ret coram Cæsare puluisculus terræ exiguus. Nihil enim sunt, omnia terrena  
 Deo comparata. Vide igitur quia Deus est qui pro te patitur atq; despicitur.  
 Vide etiam quia idē & homo est, qui pro te affligitur & cruciatur. Vide quia  
 innocens est, quia peccatum nunquam fecit, sed pro tuis peccatis punitur, te à  
 perpetuis tormentis vt liberet. Idē inquam ipse tot pœnis torquetur, te vt  
 amicum habeat ò vilissima sarcina, vtq; in te delectetur: vt tibi benefaciat,  
 propter te vulneratur & cæditur: & vt cœli te ciuem, vt regni sui confortem,  
 vt gaudiorum suorum participem, vt deniq; filium te adoptiuum ac cohære-  
 dem te habeat, in has omnes calamitates pœnarum & in mortē pro te se tradi-  
 dit. Hoc autem fecit vltro, desideranter, amantissimo corde, promptissima  
 voluntate, gratuitoq; amore, vnde sibi nihil accrescit felicitatis, hoc tantum  
 volenti vt tibi perpetuo benè sit. Vide iam dum hæc expendis omnia, meri-  
 tōne illi compatiendum sit, nonne iuste est amandus? nonne maximoperè ab  
 eius offensione cauendum.

## Precatio pro remissione peccatorum.

**A**H Iesu misericordissime, tua vulnera, tuos dolores, tuum sanguinem pro nobis  
 effusum, quesumus in remissionem & expiationem omnium peccatorum nostro-  
 rum, atque in suppletionem negligentiarum nostrarum omnium, atque in ex-  
 tinctionem vitiorum passionumq; nostrarum omnium conuerte. In his tu nos purifica,  
 tu nos tibi reconcilia, tu perfice, tu nos posside, atque in gloriam tuam iuxta supremum  
 ac perfectissimum tuum beneplacitum nos conuerte, qui es perpetuo benedictus, Amen.

## DE IESU CORONATIONE. Theorema XIX.

## ARGVMENTVM.

**D**ominus noster Iesus Christus, qui omnium creatura-  
 rum licet sit princeps atque creator dignissimus, poten-  
 tissimus atque sublimissimus, quique propter nos sal-  
 uandos sua dignatione factus est ad seruiendum humil-  
 limus, & propter vtrunque maximo infinitoque honore dignus,  
 pro sua tamen neque maiestate, neque fidelitate, neque humilita-  
 te, neque seruitio est honoratus, sed spinis coronatus acerbissimis,  
 impicque illusus.

Cc

IESV

Honorem  
summum  
Christo de-  
beri propter  
duo.

1. Tim. 1.  
Eccl. 43.

Laus huma-  
na quæ in-  
sufficiens sit  
ad laudan-  
dum Deum.

Bonitas Iesu  
quanto stu-  
dio extol-  
lenda.

Matth. 11.

Humilitas  
quæ sit vir-  
tus amabilis

Honorem  
immemum  
Christo de-  
beri duplici  
ratione.

**D**vo hic indicantur, quare Dño nostro Iesu Christo summus atque pri-  
cipuus debeat honor: qui cum illi haudquaquam, quin potius  
uersò contemptus, illusio atque contumelia, impensa sint, iniuria  
impijsima facta est. Certum est illū esse, etiā si non fuisset Deus, omnium hono-  
rum sanctissimum, innocentissimū atque dignissimum. Iam verò cū in  
fit persona & Deus & homo, infinitum ei deberi honorem nemo inficias  
Deo enim soli cum omni debeat honor & gloria, quis non potest dicere  
*Exaltate eum quantum potestis, maior est enim omni laude?* Idē humana laus  
ipsum non tanti est momenti, quanti picturæ seu figuræ ad veritatem. Quis  
enim illum satis posset laudare, quando quidem nemo eius mirabilia enarra-  
re potest, nemo eius potest capere magnificentiam, nemo inuestigare eius  
sapientiam? Quis potest laudando explicare quod inuestigando nequit intel-  
gere? Sit itaque hoc in eius laudem dictum, quod maior est omni laude quæ  
in omnibus superat. Deficit enim ingenium, deficiunt vires: quia maior  
studio quouis humano.

Porro quom sit immensus, quom sit omnipotens, quom sit eius virtus im-  
nita, quanta laude opus foret? quanto esset studio extollenda eius bonitas? Quis  
licet sit optimus maximus, non tamen ad nos venit vt maximus, sed vt mi-  
nister, vt minimus, vt humillimus: nec maiestatem exhibuit, sed paupertatem  
infirmiorem, vilitatem propter nos: id est, attemperavit se nobis, omnes  
nobis formidinem depellens omnemque timorem: quia sic se exhibuit  
nobis, vt accedere delectaret, non fugere. Exhibuit enim verē se optimum, vt  
stendit se non propter se, sed in hominis vilitatem aduenisse. Nam vt in  
formidinem incurreret maiestas, omnes verò eius alliceret bonitas, maiestas  
occultauit, infirmitatem bonitatemque exhibuit. Idcirco enim ad eū suam  
in omnibus manifestauit humilitatem, vt auderet omnes nos ad sui imitationem  
inuitare. *Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humilis corde.* Quomodo ergo  
maiestas ex seipsa est cunctis venerabilis, ita vbi simul maiestati adest humi-  
litas, maximè erit decora & honorabilis. Est enim virtus humilitas ex se ipsa  
nemini non amabilis, nemini non grata. Siquidem iratos pacat, offensos pe-  
ccat, omniumque sibi gratiam conciliat. At verò hic solus est Dominus nobis  
Iesus Christus, cui vbi maxima debuisset haberi gratia, repensa grandis  
ab hominibus contumelia.

Itaque sermonis huius argumentum hoc habet in se: Cū Domino Iesu  
duabus rationibus, hoc est, tam propter maiestatem quam propter humi-  
litem, immensus debeatur honor ac cultus, nihil horum exhibitum est  
quin potius, quod magis lædebat, falsi honoris illusio acerrimis plena do-  
lens, illi exhibita est, impropertisque nimis contumeliosa. Circa cuius eluc-  
dationem primo considerandum, vehementer esse iniuriosum, si quis beatus  
ac humilis derideatur, etiam si nullo prominentiæ schemate sit exaltatus  
si quis officio, dignitate aut aliā quavis prælatione maiestatem præmittat,  
quamuis minus bonus, non tamen absque grandi contumelia spernitur. Ita  
vult

Verò si vtrunque coeat in eundem virum, vt bonus sit ac humilis, simulque maiestate præclarus: quis dubitat, sicut maiori honore dignus est, ita maioris esse contumeliam, si vel honore suo spoliatur, vel (quod est iniquius) contumelia afficiatur? Crescunt enim alterutrum & mutuo sese decorant, humilitas sublimis & sublimitas humilis. Pulcherrima namque est illa humilitas, quæ fulget in maiestate, nec minus ornata maiestas quæ se inclinat in humilitate: coniunctæ igitur, maximum sibiipsis mutuo adijciunt decorem. Applicata nunc eadem hæc ad Christum, in quo simul sunt excellentissima maiestas & profundissima humilitas. Quanta autem reuerentia colenda fuisset diuina in ipso maiestas, quanti ve criminis sit hanc contumelijs lædere, conijci potest vel ex legibus imperialibus, quid statuatur contra humanæ maiestatis læsores (parag. Et ff. ad legem Iuliam maiest. vnde de iniurijs & libellis famosiss.) quam grauius puniatur qui mortalem potestatem contempserit, quæ nihil ad diuinam æstimari valet. Colligatur iam ex ethnicorum historijs, quanti æstimari ac coli voluerint maiestatem suam homines supra cæteros constituti, alioqui vt cæteri perinde mortales & infirmitatibus subiecti, peccatis verò (quod omnibus huiusmodi ferè accidit) plus quam reliqui homines, obnoxij. Nèpè qui Cæsaris (sub quo Christus fuerat natus) imaginem in annulo aut alibi formatam, gestasset ad locum inhonestum, imò qui fortè secum purgatorius aluum detulisset, obnoxius morti censebatur. Si quispiam imaginem nollet ferre Cæsaris, in periculo vitæ constituebatur. Si ferret ac non tanto quanto Cæsar volebat, honore seruaret, perinde periclitabatur. Tãto autem honore præ oculis voluit haberi Imperator, vt in præsentia, non dico sua, sed imaginis suæ, nemo satisfacere, quamuis necessario, operi naturæ auderet. Qui tuerunt aut hi, quorum imagines tantopere coli oportebat & obseruari? Nempe homines facinorosi, impij, abominabilibus flagitijs dediti, & (quæ nefas est cogitare) criminibus innaturalibus secundum leges igni exterminandis, implicari. Talis fuit Octavianus, sub cuius imperio Christus nascebatur. Huiusmodi Tiberius quoque, sub quo & sub cuius potestate flagellatus & crucifixus est Christus. Talis fuit Caius Caligula, qui Herodè Agrippam, à quo vincitus tenebatur in carcere Petrus, capite truncatus est Iacobus maior, quamuis læsæ maiestatis reum, eleuauit in regnum Herodem verò Antipam, à quo in passione illusus est Dominus, detrusit in exilium. Hic inquam Caius Caligula dum sororem suam Drusillam, cuius etiam obsceno potitus fuerat amore defunctam plangeret, nemini signa cuiuscunque lætitiæ prætereundere licebat, quantisper dies huiusmodi lætus durarent. Qui balnea perisset, aut amicis fecisset conuiuium, cogebatur mortis supplicium ferre. Domitiano quoque qui coram caluitiei mentionem fecisset, vel ante domitium ipso equitante, per fenestram deorsum prospexisset, tanquam læsæ maiestatis reus (caluus enim ille erat) morti addicebatur. Hic Domitianus quamlibet pessimæ vitæ, Deum tamen se iussit & scribi & nominari, palam in verum Deum blasphemus.

Vide nunc quanti criminis æstimabatur homines in potestate præminentes, quâuis criminoso, aut in seipsis, aut in signis imaginibusque eorū non honorasse, nedum contempnisse: & hinc pensa, quam grauis, quamque iniuriosa fuerit derisio veræ diuinitatis in Christo, erga quam omnis honor

Humilitatis & sublimitatis quæ sic decora coniunctio. Maiestas diuina quanta sit reuerentia colenda, & quanta sit criminis hæc contumelijs lædere. Maiestatem suam quanti æstimari voluerit homines prophani. Imaginem suam quantæ reuerentia coli voluerit Cæsar Augustus. Imperatorū quorundam flagitia.

Astor. tr.

Luca 22.  
Drusilla  
quantopere  
plancta sit à  
Caligula.

Derisio vere mundanus, quantum ex seipso est, fumus est & vapor ad modicum apparet  
 Diuinitatis nihilq; aliud præter fecem & lutum. Hac itaq; diuinitas licet immenso fide  
 in Christo dore digna, non solum propterea quod omnem humanam dignitatem in  
 quam fuerit parabiliter exuperet, verum etiam quod infinitam bonitatem, sapientiam  
 inuicta virtutem, potentiam, sanctitatem ac vniuersalem perfectionem in se con  
 nens atq; concludens, adeo profundè se inclinauerit atq; humiliauerit q  
 miseris, ingratis & aeternæ morti destinatis homines, exponendo se in  
 rum obsequium & redemptionis precium, currendo, ieiunando, vigilando  
 prædicando, pedes lauando, & in mortem se tradendo: pro hac tamen be  
 uolentissima sui humiliatione, pro obsequiosa dilectione, pro amorosa  
 gnatione, pro salutifera nostra redemptione, quam pro hominibus, inter  
 mines conuersatus homo, humilis operabatur in forma serui, idem Deum  
 iestate incõprehensibilis: proijs inquam omnibus nihil ei rependitur alia  
 quam cruciatu plena derisio. Nam vbi solutus à columna, reuoluit se  
 Ioa. 19. luit, stans toto corpore dilaceratus, aduenerunt iterum milites, qui ipsum  
 Math. 27. prætorium introductum suscipiunt: & vt spectaculum grande faciant, co  
 uocata vniuersa militum cohorte, flectunt despinis coronam, quam Iesu  
 piti imprimunt: veste quoq; coccinea tanquam purpura induto, arundine  
 pro sceptro præbent: procidentestq; adorant, & genu flexo, salutant Iesu  
 dicentes: *Aue Rex Iudeorum*. Denique faciem eius alapis cædunt, atq; co  
 spuunt: & baculo, licet arundineo, tamen durissimo, è manibus eius recipi  
 tremendum eius caput percutiunt: alijsq; sermonibus blasphemantes, Ch  
 sto inter omnes pœnas mansuetissimo illudunt. Non prima hæc fuit Ch  
 sti illusio. Ante quidem contumelias & derisiones multas in domibus Ann  
 Caiphæ, Herodis susceperat: sed omnes illas hæc quam præ manibus crudi  
 dam habemus, sui magnitudine & multiformi crudelitate vicit: quippe  
 qua tam multa, quam varia confluunt, quæ Christo patienti tum contum  
 liam, tum dolorem exaggerant. Porrò nunc meditare singularem hanc & o  
 auditam contumeliam quam Christo per coronæ impositionem inferre  
 nabantur. Siquidem in signum superbiæ, ambitionis, stoliditatis, impo  
 tentiæ & vilitatis, quæ Christo improperebant, imposuerunt capiti eius cor  
 nam, & cætera regum insignia, illudentes velut ei qui ex præsumptione regio  
 regiam ambierit potestatem, ad quam tamen neq; prudentiam, neq; viri  
 tem, neq; facultatem vllam habuisset: qui voluerit quidem in regem, se esse  
 re, sed per impotentiam nebulo mansisset, vilis. Propter hanc ambitionem  
 & regni anhelationem, persuasum est Pilato, dignum esse Iesum coronari  
 rona tamen illusoria, propter superbiam & insipientiam eius: pœnosa quæ  
 que, propter malitiam seu iniquitatem. Hoc tam nefario contumelioso  
 improprio quis dubitet Christi cor sauciatur? quandoquidem iustus & o  
 pientibus viris plerumq; molestius est, illusionem, improprium ve aut igno  
 miniam ferre, quam mortem. Deinde quantum attinet ad coronationis p  
 Cor. 1. 27. fias dolorem, meditare quam pœnosa, quantoq; cruciatu plena fuerit hæc  
 Coronatio. Erat enim corona ipsa quæ Christo imposita est, ex spinis longis  
 ris, acutis & penetratiuis ita plexa, vt ex omni parte caput ambiens & purga  
 vulneraret: nec minus vertex, quam tempora, spinis tegetetur. Obler  
 dum est autem hic pia consideratione, quantis percussioibus, quot verbis

Illusio hæc  
 Iesu vt fuerit  
 omnium  
 grauisima.

Coronatio  
 atq; illusio  
 quam fuerit  
 Iesu contu  
 meliosa.

Coronatio  
 Iesu quæ fue  
 rit pœnosa.

bus & violentijs caput Christi, vel antequam coronaretur spinis, iam fuerit sauciatum: quandoquidem per totam noctem à ministris Iudæorum, crudelissimis scilicet nebulonibus, verberatum, cœsum, capillis tractum atq; adeo tractatum impiè fuit. Taceo autem interim ictus & verbera alia, armatis manibus siue chirothecis ferreis, item pugnis, lignis & armis in sui captione illata. Prætereo item tractus violentos barbæ capillorumq; hinc & inde ribaldis ipsum trahentibus & impellentibus: iniurias deniq; & molestias, quas ab Herodis ministris perpeffus est: è quibus omnibus tam multijugis læsionibus, liuoribus & cruciatibus pœnarum adeo est Christi caput infirmatum, teneritudine quoq; complexionis cuncta dolorosius ferente, vt non solum manus, quod piè licet credere, verum etiam aëris lenis tactus, dolorem pœnamq; immodicam illi inferret. Itaq; in hoc caput, hoc modo debilitatum ac exinanitum, dolore ac agritudine plenum, cum superueniens spinea corona imprimeretur, quanta putas pœna cumulata est? nam si vel vna spina sano integroq; capiti vsquequaq; incolumi infixæ, tantum pœnæ ingerit, vt nihil consolationis præ dolore libeat, quem putas cruciatum, aut quantum tormenti intulerunt Christi capiti, iam plagis liuido ac prorsus infirmo, tot spinæ lacerantes atq; secantes? Verum ad excitandam maiorem compassionem, quo manifestius fiat, cunctas pœnas iam antedictas, ab hac præsentis multitis conditionibus doloris acerbitate cumulantes, superari, pensanda sunt hic, pœnæ singularitas, probrosa illusio, continua doloris prorogatio, cruciatu innouatio, priuatioq; subsidij aut refocillationis. Quæ omnia vt fiant clariora intellectu, singulatim perstringam cuncta. Fuit inquam pœna hæc singularis. Nunquam enim auditum, nunquam lectum est, eiusmodi coronam cuiquam impositam. Multi quidem sunt flagellari, complures capti aut cæsi: at coronatum spinis ante Christi passionem, quem legimus? Post ipsius verò passionem, nonnulli forsitan leguntur Sancti in Christi contumeliam coronati: quod tamen perinde passionem Christi exaggerat, puta quod ante illum nemo, ipse primus hanc contumeliam & pœnam luit: nec post ipsum quid aliud, nisi qui propter ipsum coronaretur, utpotè Christianus. Deinde quicquid pœnarum ante iam tolerauerat, quippe cum non esset continuum, interpolationem ac doloris remissionem admittebat. At spinea corona vt semper tangebatur, vt semper pungebatur, ita nunquam non cruciabat. Reliquæ pœnæ postquam erant illatæ, vt præteritæ, aut desinebant, aut remittebantur: hæc autem semper perseverabat, quandoquidem causa eius non desinebat. Adde nunc tertio, quoties percussum fuit Christi caput, quoties corona mota, toties dolor renouatus in eo augebatur. Porrò Matthæus & Marcus aiunt, caput eius arundine percussum. Arundo verò baculus erat intus vacuus, sed durus nec flexibilis: quemadmodum hodie in Italia reperiuntur arundines duræ, quibus peregrini haud secus ac baculis in itinere videntur. Eiusmodi arundinem in derisionem Christo loco regij sceptri in manus tradunt, deinde illam resumentes, eadem caput compunctum ac saucium verberant, vnde (vt piè conijci potest) corona mota est, & dolor alioqui indefinenter sæuiens, excitatur, renouatur, & in seipso crescit. Accipi autem potest similitudo hominis in torturam, quæ fit ad extorquendam confessionem criminosis, suspensi: qui nonnunquam sustinet pœnam secreta celans, tamen vellemens sit

Caput Christi quam impiè fuerit tractatum.

Capitis Iesu dolores quanti.

Coronatio Iesu propter quas conditiones prioribus pœnis grauior fuerit.

Coronatio Iesu pœna singularis.

Coronatio Iesu dolor continuus.

Dolor coronationis quoties renouatus fuerit. Matth. 27. Marc. 15. Arundo hæc qualis fuerit.

Similitudo.

cruciatu, quem ob extensionem membrorum tractus, per chordam sursum & per pondera deorsu retractus, patitur: multo tamē sit maior, si chorda qua trahitur atque suspenditur, vel leui ictu virgulæ seu baculi concutiat. Nam moto appenso pondere corporis, dolor quoq; cruciatuq; omnis renouatur, ac seipso intolerabilior multo efficitur. Eodem modo de Dñi Iesu corona sentire licet, vt præter eum quem continuè ferebat dolorem, quotiescunq; corona tangebatur aut mouebatur, vt fieri solebat à percutientibus, impellētib; trudentibus, vestimenta extrahentibus, aut etiam ex tactu ligni incompositi crucis: toties acriorem & quasi nouum cruciatum sentiebat Dominus Iesus. Quia verò agitata, trusa, percussa aut mota corona, spinarum suarum aculeo profundius semper infligebat, intelligimus proinde dolorem primum magis ac magis non solum creuisse, verum etiam ad omnem subinde motum coronæ, quoties ille iterabatur, dolorem quoque nouum, magisque pœnolium ac minus tolerabilem, accessisse.

Demum ne illud quoq; taceatur, in superioribus pœnis aliquid Dñs Iesus (si voluisset) potuisset subleuationis caprasse, quanquam per Esaiam dicitur: *Posui faciem meam vt petram durissimam*, scilicet quæ percussioibus nō cadit: hic verò non potuisset (puta secundum humanum modum) cessasse, aut pœnem suam leniorem fecisse. Quocunq; enim se mouisset, quocunq; vertisset, spinae quæ omnes quas gestabat infixas, non deserebant caput. Hæc autē pœna atrocissima, perseuerabat à tertia hora diei vsq; ad horam nonā, qua passio eius per mortem fuit consummata. Et hoc ad prolixitatem pœnæ astuerandam, dictum sit.

Esaiæ 59.

Dolores capitis Christi summam cōprehensi.

Collige nunc in vnā summā circumstantias omnes, ignominiam, derisionem, acerbicatem pœnæ, multitudinem, longitudinem, acumen spinarum, latitudinem & densitatem coronæ, liorem ex tusionibus, percussioibus, casibus, tractibus, violentijsq; reliquis in capite & coma: fatigationem, commotionem & læsionem cerebri, ex tumultu rabidorum hominum, ex verbis in faciem, ex alapis colaphisque illatis: & aduerter quantum dolori venerandum ac angelis tremendum Christi caput, perpeffum sit. Potentia enim seu virtus sensitua, generaliterq; omnes sensus corporis ex cerebro emanant, vnde alij quoq; spiritus vitales omnes originem ducunt. Tactus enim aut vis sentiendi tangentem, per spinam dorsu, per costas, per medullas olivæ in omnia corporis membra circunducitur, proinde quocunq; membro pœna fuerit atrocior, cerebrum inde tormentum sentit ac pœnam. Quod hinc propterea dicendum fuit, vt non tantum ex proprijs, verum etiam ex singulis pœnis & cruciatibus quorūcunq; membrorum intelligamus caput Christi & cerebrum eius nobilissimum atque tenerrimum afflictum: nec solum ex pœnis membrorum, verum etiam per organa sensuum, per aures ex criminationibus iniquis & clamoribus hostium, per nares ex immundissimis ac fetidis spūto & phlegmate eius faciei iniectis, quæ propter Iudæorum vitium præsentis diei, & propter crapulam præteritæ noctis, ac propter etiam cepæ & allij, non solum Iesu Olfactum seu cerebrum, verum etiam cor eius pissimum penè vsq; ad suffocationem aut exanimationem angulabant. Hæc autem passus est Dominus Iesus vt pro peccatis nostris faciens, contra superbiam nostram, quæ non solum criminale vitium, sed

Cerebrum Christi quā multipliciter afflictu fuerit. Spuria uideotum cur foetidissima fuerint. Superbia nostræ vt æquivalentē pœnam remediumque opposuerit.

omnium



J. VI  
13

omnium est etiam criminum & vitiuorum caput, æquiualem pœnâ remedi-  
umq; opponeret. Siquidē Christus quia voluit pro nostris puniri peccatis,  
non solum passus, verum etiam illusus est omni genere, quo nos ambire aut  
superbire solemus, scilicet in potestate, in honore, in dignitate temporali aut  
spirituali, in vestibus, in familia, in simulatione sanctitatis, in hypocrisi, &c. Marc. 9.  
Esaie 6.  
Pungitur etiam spinis vt à spinis conscientiaē seu à synderefi semper rodent-  
te, & à verme qui nunquam moritur in inferno, nos liberet.

**IESVS CVIVS MODI ET A QVIBVS ILLVSIONES**  
*complures passus sit.*

**C**Aeterum, quia hic articulus illusionem simul ac pœnam in se continet  
Christi, & iam de cruciatu dictum est: nunc exponendum est, in quibus  
Christo Iudæi illuserint. Nam generaliter quidem loquēdo, derisus est  
Dominus Iesus verbis, signis, gestibus, factis, fictis honoribus, vestibus simu-  
latis, quasi spectaculum scenicum seu theatricum factus, ad contemptum, ad  
nihilipensionem, ad blasphemationem suæ virtutis, dignitatis, maiestatisq;  
diuinæ. Singulari tamen modo & occulto cōplura ad Christi illusionem à dia-  
bolo machinata sunt, quā ab hominibus. Ille enim ad impatientiam Christi  
quibuscunq; poruit tēramētis lacessere moliebatur, ad quod sanè varijs vti-  
tur & vijs & medijs Dñm irritandi. Quæ certè haud perspicua fuere etiam ijs  
qui diaboli erant ministri, tentamentorūq; illius executores. Diabolus nāq;  
Christi hostis capitalis, ac Iudæorū tortorumq; instigator, quia Christum sui  
persecutorē, captorē, victorē ac destructorē sentit, quæcunq; Christus patieba-  
tur, quæcunq; Iudæi se autore & instigatore inferēbant, ita singula ad oppres-  
sionē Christiq; illusionem, quomodo ea maximè potuit, aut euentura præsci-  
uit, ordinavit atq; direxit, vt pote callidissimus & iuxta Ezech. vaticinium à  
Dño plenus sapientia & Cherub extensus (hoc est, scientia plenus) vocatus, li-  
cet post casum hæc scientia in astutiā calliditatemq; perniciosam ac pestife-  
ram eidē inuersa sit. Hic inquā mille artium & fraudiū magister, profundius  
astutusq; Christū cōfutare ac impedire quæsiuit, quā humana industria &  
ministri, qui ea tanquā diaboli mēbra parabant, poterant intelligere. Cōtra  
verò lōgè clarius, subtilius & penitius Christus diaboli intentionem & finem  
aduertit, quā diabolus ipsemet quiuerat se videre. Nitebatur enim diabolus  
nō solū per exteriora quæ Christo fuerunt illata, verū etiā per eorundē (puta  
coronā, vestrū & huiusmodi aliorum) significationē, ad impatientiam (quo-  
modo dixi) Christū prouocare. Quæ omnia non ita intelligebant clarè ij, qui  
medij erant inter Christum & diabolū, puta homines impij & scelerati tor-  
tores: sed ad nonnulla (vt creditur) se habuerūt, quo modo Ionathæ se habuit  
puer, afferens, vt iussus fuerat ab eodem, sagittas iactas: qui sagittis & verbis  
ad puerū habitis, Dauidi clam latenti in agro, Ionathas aliud quod puer nō  
intelligebat, vt inter se condixerāt, significabat: Dauidq; voluntatē Ionathæ,  
clam puero intelligebat. Vide Regū historiam. Hoc modo inter Chri-  
stum & diabolū quædam erant latentia, quæ diabolus intendebat,  
Christus intelligebat, homines verò qui diaboli exequabantur consi-  
lium, etsi multorum, non tamen omnium quæ agebant causam finem-  
que & intentionem diaboli, quidē in his machinaret, intelligebant  
Accipia-

Partis alte-  
rius Argu-  
menti ex-  
plicatio.

Intentio  
diaboli lu-  
das ad il-  
ludendum  
Christo in-  
stigatoris quæ  
fuerit.

Ezech. 28.

Illusionis  
Christi si-  
gnificationē  
non clarè  
intellexisse  
tortores.

2. Reg. 20.

Similitudo. Accipiatur similitudo: Si tibi essem hostis, quisquis es, sciens hoc illudve tibi molestum, quod abs te grauatè ferretur: si verbi gratia, hoc alioyè modo quippiam tibi diceretur aut fieret, ego itaq; te lædere volens, si huius rei igno- rum hominem callidus subordinarem, à me instructum, qui hoc quod solum ego tibi scio molestum, ageret diceretvè: & hic iret, meam intentionem igno- rans ac studium, agendo aut loquendo quæ tibi molesta sunt, à me (vt dixi) mis- sus & instructus: tu verò intelligens illū à me missum, sciens præterea ipsum non capere, quare illum ego miserim: nonne grauius à me hanc contumeliam feres, mihiq; acceptam referes, quam illi qui mihi obediens, intulit? Hoc mo- do in Christi illusione id ipsum applica, quæ grauius nimirum vel in oculis inferentium fuit. Sciebant enim contumeliam esse quod fecerunt. Grauius tamen multo fuit apud eos, qui quare Christum illudebant, sciuerunt. At ve- rò grauisima apud illos, qui illusionis huius causam finemq; præsciuerunt, & simul hanc (vt Iudæi) Christo procurauerunt. Maximè autem omnium erit grauisima in subdolis malignisq; hostibus, qui hoc quod Christo in oppro- brium, foris alioqui iniuriosum, inferebatur, ipsi per significationem aliam multò plus iniuriosam, in eiusdem persecutionem verterunt. Gentilium quo- dem intentio fuit, ei qui se regem & Deum fecisset, ad placendum Iudæis, quibus hoc magis tanquam occasionem præstantibus imputandum est, simula- torijs ac falsis honoribus, cum regijs tum diuinis, Christo illudere. Diabolus fuit, per hæc illusoria significare, Christi probitate, virtutem & veritatem ve- lipendendam & calumniandam Christumq; ipsum irritare seu laceßere per vestimenta, in quibus principalis erat color vestimentorum sacerdotalium, scilicet albus, rubeus & hyacinthinus siue purpureus: in quibus quomodo Christus illudebatur, ita diabolus eiusdem voluit institutionem, potestatem, ac virtutem in Christo & ministris eius vanam nullamq;, sed illusoriam ac simulatoriam tantum esse. Voluit igitur diabolus sacerdotalis potestatis, quæ in Christi vicarijs maior omni potestate & dignitate est alia, & omnium qua Christus instituerat, contemptum & derisionem insinuare. Nec sacerdotes tantum, sed multò magis ipsum Christum voluit deridere, eiq; quasi qui sine virtute esset, illudere. Itaq; per albam vestem innocentia ac puritas Christi illuditur, quæ cum in omni prælato, aut potestatem iudiciariam habent, quippe qui aliena habet vitia castigare, fulgere debeant: in Christo fuerunt perfectissimæ, vt potè qui solus quæ arguebat in alijs, ab eisdem & omnibus alijs ipse immunis fuit. Alijs namq; sacerdotibus omnibus, non minus pro suis quam pro alienis orare peccatis necesse est. Soli Christo est proprium, non pro suis, sed pro alienis duntaxat peccatis orare. Solus igitur ipse ve- ram habet innocentiam, perfectamq; puritatem, quæ significatur in alba ves- te, quæ est vna ex sacerdotalibus vestibus ex lino facta, ad talos dependens, quæ Græcè (vt volunt) poderis dicitur. Eam ob rem alba hæc vestis nominatim propter significationem magis quam Christo congruit, nemo enim tam de- gnè, iuste ac congruè albis est vestiendus, vt Christus. Quapropter cum non ad verè significandum, sed ad ironiam, ad simulationemq; derisio- riam, diabolus procurarit, vt Iesus illudatur ab Herode in alba veste, vt Christo obijcere falsam sistamq; puritatem atque innocentiam, quasi qui sine innocentem voluerit credi cum nihil minus sit quam innocens, nisi, vbi præ- sumat

Illusionis  
Christi si-  
gnificatio à  
diabolo in-  
tenta quæ.

Innocentia  
& puritas  
Christi quæ  
ta quomo-  
doq; per al-  
bam vestem  
illusa sint.

timore aut impotentia non possit mala agere. Pari modò ironice per purpureum vestimentum eius exprobrat patientiã, ac si nihil, pateretur, nilue passus sit ex virtute, præter ea quæ nequierit euadere, alia inuitus sustineat. Per chlamydem coccineam, Christi deridet iusticiam, quasi nihil sit boni Christi operatus, nihil pro hominibus ex charitate passus. Per sceptrum arundineum quod posuerunt in manus eius, intellige illusionem potestatis cum omnis, tum præcipue iudicandi, de qua Christus loquens: *Pater, inquit, non iudicat quemquam, sed omne iudicium, dedit filio* & Innuere nãq; volebãt, nullius potestatis, nullius ipsũ esse autoritatis: sed vacuã quandã duntaxat habere speciẽ aut figuram potestatis apud ignorantẽs, opera verò inania & nullius momenti. Porro per coronam spineam, regiã intelligitur dignitatis irrisio, quã sibi finxisset. At verò in adoratione & genuflexione, diuinã se probabant illudere maiestati. Itaq; hæc omnia, scilicet vestes, corona, sceptrum, adoratio, &c. nobis quidem significant veritatem. Verè enim in Christo, quod significant, esse credimus. At diabolus ministriq; eius, signa hæc ironice Christo applicabant, quasi falsa signa honoris, vera autem ignominie, quod inde factis est manifestum: siquidem quem salutabant regem accepto mox è manibus eius scepro, in capite percutiunt vt nebulonem. Signa honoris vt sapienti offerunt, simul eidem tanquam fatuo illudentes. Adorant vt Deum & a lapis ilico faciem eius cadunt, conspuuntq;e. Et hoc de Christi sit coronatione dictum, qui amatores suos lilijs gaudiorum suã incarnationis, fructibus innocentissimã vitæ suã, rosis sanguinis sui, margaritis ac gemmis meritorum passionis suã, corona contemplationis seu clarè visionis Dei, diuinæq; pulchritudinis, maiestatis ac bonitatis fruitione reficiet & coronabit.

Purpureum vestimentũ, chlamisq; coccinea quid ironice signãrit.

Sceptrum arundineum quid.

Corona spinea quid.

Illusionis Christi signa quid nobis in veritate designent.

Corona Beatorum cuiusmodi.

#### Precatio pro conformatione passionis Christi.

**D**omine Iesu Christe, spinas tuæ passionis cordibus nostris, quesumus, imprimas: et vulnere dolorum, virtutumq; tuarum iugis memoria in nobis semper infixamaneat, nos compungat, nos tuum amore vulneret: vt quocunq; nos vertimus semper te videamus, pro nobis flagellatum, coronatum & crucifixum, qui es benedictus in sempiternum.

#### DE CHRISTI PRODUCTIONE AD POPVLUM

##### Theorema XX.

#### ARGVMENTVM.

**Q**ui gloriam & maiestatem suam semper celauit, vt inuasor regni ambitiosusq;e habetur, illuditur, atque illusus monstratur, & licet neminem ipse vnquam offenderit, offensus verò, pro delictis aliorum satisfactionem exoluit, nullam tamen apud impios ipse iniusti furoris mitigationem, quippe qui eius pœnis satiari non poterant, nullam commiserationis gratiam inuenire potuit.

Da

IESUS

*IESUS UTI SUAM MAIESTATEM SEMPER  
celauit, quomodo fuerit habitus de regni ambitione suspectus.  
Concio X X.*

Humilitas  
Christi  
quanta.

Luca 11.  
Matth. 12.  
Ioan. 8.  
Luca 21.  
Ioa. 10. 14. 15.  
Gloriam su-  
am ut nun-  
quam qua-  
sierit Chri-  
stus.

Ioan. 6.  
Marc. 1.

Luca 3.

**I**n hoc argumento duo tresve articuli constricti sunt, quorum quilibet haberet iuste argumentum & sermonem. Veruntamen ut in omnibus ueamus prolixitatem, in vnum sermonem coarctabimus singula. Indetur enim primo, Christum, qui suam maiestatem celauerit, de ambitione gnique inuasionem habitum suspectum, proptereaque illusum atque poenis correptum, populo monstrari. Sequitur ex hoc alius articulus, quod is, licet neminem offenderit, sed pro offensionibus (quibus ipse contemptus affectus est) alienis magis satisfecerit, ipsi tamen afflicto nemo est compassus, scilicet in inuidiaque in hostibus eius aequè perseuerabat. Ex illo tertius sequitur quod amor odio habitus est. Tres hos iuxta ordinem explanabimus breuiter. Christum non suam gloriam quaesisse, nec ostentationem ullam, sed haec potius summo opere celasse, testatur maxima eiusdem & profundissima, nullo creato intellectui incomprehensibilis humilitas. Hac enim eius humilitas, quae relucet ex absconsione diuinæ maiestatis suae, tanto est maius quanto diuinitas excelsior. Hac inquam eius humilitas tanta foret laudabilis, quanto maiestatis diuinæ dignitas est efferenda, ex hac enim illa creditur. Proinde cum nullus sit maiestatis ipsius terminus, sequitur humilitatis quoque nullam esse mensuram. Nec ijs aduerfatur, quod (testibus Euangelistis) legitur dixisse maiorem se Salomone, maiorem, se templo, dominum fabricati principium, iudicem venturum in nubibus caeli, à dextris virtutis confessorum, nec item quod diuinitatis virtutem operibus se dixit comparasse: quia huiusmodi verba non faciunt ostentationem manifestationemque: quae humilitati repugnat. Neque enim per quoduis horum, quae dixit auertit, unde virtus, sapientia, potestas atque maiestas eius agnoscebarur, gloriaque propria, quomodo nos homines hanc quaerimus, quomodoque ei imputatur, & falso imputabatur, quae fuit: quin potius ubi eiusmodi quid se obtulit, fugit, declinauit, & quam non affectaret hominum siue fauorem, siue laudem in hoc quod ijs qui à se curati fuerant, saepenumero silentium indicatum monstrauit. Nam & cum turba illum in regem volebat constituere, fugit abscondit, & daemone ex energumeno illum filium Dei nominantem, taceret compescuit. Contemplare vitæ initium, medium atque finem, quæso ambitionis, quid arrogantiae, quem fastum, quam pompam, quam uicitias, imò quid terrenæ sublimitatis ostentationisue in illo inuenies. Quis in eo nisi paupertas, uilitas, humilitas, despectio iuxta mundi opinionem fuit? Nonne usque ad tricesimum latuit annum, ut putaretur filius fabri? Nonne magnificum quid sentiens de eo, illum prædicabat. Ignotus manifestatibus, latuit cunctos, cum tamen sit vniuersitatis dominus.

*IESUS HABITVS DE AMBITIONE REGNI SUSPECTVS UTI FUERIT MULTIFARIAM PENIS CORREPTVS, IRRISVS & ILLVSVS.*

**C**ontra hoc tamen tanquam superbissimus, arrogantissimus, ambitiosusque habitus est adeo, ut poenis propterea aut illum corrigere, aut furere

furentis populi inuidiam accusationesque extinguere moliretur Pilatus per hoc, si acerbissimis cruciatibus Dominum Iesum malè tractaret, miserabile redderet, atque insignijs derisorijs, veluti qui superbix temeritatiscq; pœnas dignas dedisset, in oculis inuidentium humiliaret. Quamobrem Pilatus illū educens vulgò palamq; omnibus commonstrans, nititur ad compansionem intuentes prouocare. Aded namque Iesum affixerat, vt non dubitaret Iudæorum post hæc iram quieturam. Nisi enim hoc sperasset Pilatus, vt vbi Iudæi viderent Iesum punitum, atq; aded miserabiliter afflictum, quiescerent pacati, haudquaquam illum flagellasset. Sed longè tamen aliter accidit. Potuerunt enim sustinere Iudæi, vt quoties voluisset, Iesum Pilatus flagellaret, alijsue modis affligeret. Veruntamen firmato ex malitia proposito, nullo volebant modo cedere aut quiescere, nisi viderent mortuum. Egressus itaque Pilatus, eduxit Iesum populo monstrandū, vulneratū, infirmum, illusum atque coronatum. Exiuit igitur Iesus, vt ab omnibus posset videri, quam miserabiliter foret tractatus. Itaque Pilatus Iesu discooperiens vestimentum, atque Iesum ostendens, dicit: *Ecce homo.* Ecce quomodo illum tractaui, vt humanam non habeat figuram, vt nō sit homini similis. *Ecce homo.* Irascimini adhuc: Inuidetis adhuc? Non habet humanam speciem, nihil, quæso, timeatis quod se Christum regem iactauerit. Videtis quid vtilitatis, quid commodi, hæc si fuit arrogantia in eo, illi contulerit. Videtis quomodo, si voluit rex esse, illum coronauerim? Haudquaquam fornidandum est, vt se post hac regem profiteatur, gustata regalium huiusmodi insignium suauitate. Hic modo articulus secundus locum habet, qui est, quod is qui neminē læsit aut contristauit, sed pro offensionibus alienis quibus ipse offensus erat, satisfecit: ipse tamen afflictus, nullam inuenit compansionem apud eos, qui nullis eius pœnis satari poterant. Quod Christus neminem læserit, nulla eget probatione. Innocentissimus est, qui peccare non potest. Sipientia est increata, quæ nequit errare. Aded namque neminem læsit, vt suis membris prohibuerit omnibus, neminem lædere qui inimicaretur, aut odisset aut persequeretur, sed orare pro inimicis, orare pro calumniantibus, & pro persequentibus se iussit, addens simul & consolationem obedientibus, & minas contemnentibus. *Quicquid, inquit, vni ex minimis meis feceritis hoc mihi fecistis: hoc est, siue bonum, siue malum, iustum iniustumue feceritis, ita remunerabo, ita quoque castigabo, si iniuria facta sit, ac si mihi sit facta.* Venit igitur ad nos: quia charitas illum traxit ad nos: à quo abest certè offendendi animus quandoquidem cupiebat nobis benefacere, & à malis omnibus liberare. Quomodo enim non bonitatis est nimia, quod peccata nostra quæ in illum ipsum commisimus, cum deberet castigare atque vindicare, quò seruaretur iustitia & misericordia, hoc est, ne peccata nostra manerent inulta, nobis tamen parceret, eadem ipse suscepit super se, & pro illis satisfecit parcens nobis, quò nobis impenderet misericordiam? *Ipsè enim vulneratur propter peccata nostra, atteritur propter scelera nostra, & disciplina pacis nostræ super eum, disciplina quam nos debuimus, licet non potuimus ferre: hoc est, castigatio & satisfactio pro peccatis nostris super eum, quia ipse in loco nostro stans, pro nobis satisfecit: & disciplinam quam nos debueramus Christum sustinere fuerit.*

Pilati Iesum  
affligentis  
intentiō  
quer.

Iesus illusus  
ostenditur  
populo.

Ioan. 19.

Læso pro-  
ximi quam  
aliena fuerit  
Christo.

Matth. 5.

Matth. 25.

Bonitas  
Christi ni-  
mia.

Esaia 53.

Disciplina  
pacis nostræ  
vri super  
Christum

Inclémentia Iudæorum quanta. sustinere, pro nobis pertulit: quæ nobis facta est disciplina pacis, quia nos irulimus satisfactionem, sed Christus pro nobis se ad satisfaciendum expofuit.

*IESVS QUANTVMVIS PENE INNVMERA  
circa meritum passus, nullo tamen pacto potuit Iudæos ad com-  
passionem commouere.*

Ioan. 19

Odiū Iudæorum cōsummatum contra Iesum.

Bestiis ferocioribus Iudæi.

**H**ic itaq; licet esset tam benignus, tamq; clemens, tamen quando in etiam iam erat opere satisfaciendi pro hominibus, & pœnis afficeretur atrocissimis nullam tamen potuit ab ingratis Iudæorum te clementiæ scintillam obtinere. quo vel suis compaterentur doloribus, vel fatiarentur pœnis: sed quidquid quantūuisq; fuisset passus, perinde impati manebant, quā diu Iesum superstitem videbant. Quapropter cum Iesum bellatum, coronatum spinis, & immodico probro, nec minoribus pœnis Iesum vidissent, nulla moti compassione, clamabant: *Crucifige crucifige* ac si dicerent: Nihil satisfecisti nobis Pilate, nec vnquam satisfacies, quantumuis illum affixeris, nisi cruci illum affixeris. *Crucifige* igitur illum, *crucifige*, & tunc demum recedemus pacati. Iudæos inuidia tota obsederat, ideo nulla poterant compassione moueri. Erat enim in eis odium consummatum aduersus Iesum. Et quamuis naturale sit, atque ad eodē humanæ naturæ miliarissimum, iram remittere circa affictos miserabilesq; homines: hoc quoq; non solis hominibus proprium sit, sed inueniantur etiam bestię quædam, quæ quantumlibet fremant, si hominem videant coram se humiliari, nec opponentem se aut erigentem, sed prostratum & quasi sibi subiectum, illius misereantur, nec lædant: hi tamen immites atque crudelissimi, bestię nimirum ferocioribus, nulla potuerunt calamitate, nulla pœna, nulla misericordia, nullo dolore, nulla denique Christi humiliatione mansuescere, vt vel innocentissimo parcerent, aut beneficentissimum non ad mortem persequerentur, aut amantissimum non odirent.

*IESVS AMOR. UTI ET A QUIBUS ODIU HABITUS SIT.*

Prouer. 17.

Amor dei erga nos quantus.

Deus quā sit amabilis.

**H**inc sequitur tertius iam articulus: Amor odio habitus est. Verè amor odio habitus est, verè bonitas refutata est. Quid enim aliud magis Christus, quam misereri, parcere & diligere? Quid verò libentius quid delectabilius agit, quam quod iuxta suam naturam agit, hoc est, quod quod illi naturale est? Omni itaque tempore diligit, omni tempore amicum est. Proinde siue blandiatur, siue castiget nos Deus, vtrunque ex amore paterno suscipiendum est. Nam minus haud quaquam eo tempore diligit quando corripit, quam quando blanditur. Eius est etiam amor tantus ad nos, vt omnes homines essent tibi patres, quilibet autem horum non minus amaret, nihilotq; secius atque pater naturalis: essetq; singulorum amor constantis vnus amorem, non posset hic comparari, quo nos (hoc est, quo te & quantumlibet nostrum) diligit Deus. Quid enim est aliud Deus, quam bonitas infinita, infinitusq; amor, nunquam amare desinens? Est autem ad eodē amabilis, vt si etiam odiret, quāuis odium propriè non cadat in Deum, sed zelus iustitiae & ver-

& veritatis quo detestatur malum, adhuc amandus esset. Hic inquam amauit eos, qui adeo sunt odibiles, vt vel amantes redamari non sint digni: propterea quod amor eorum quo Deum diligunt, impurus, magis ex priuato procedat amore, quo semetipsos quaerunt, quam ex sincera beneuolentia ad amatum. Amauit autem eos (cum nondum essent) super omnia, vt ab eisdem super omnia & praeter omnibus amaretur. Quocirca considerandum, cum nulli creaturarum plura beneficia, maioremve exhibuerit dilectionem Deus quam homini: contra verò nulla creatura tantam ingratitude, immodestiam, irreuerentiam contumeliamque eidem rependerit, quantam homo, nequaquam tamen propterea Deus dilectionis suae vim beneficiaque continuit, nec aspexit ingratitude nostram, sed intuitus est quid deceat bonitatem suam. Clementiam idcirco suam, quae nunquam ab eo, perinde atque ex scaturigine, fluere desinit, erga hominem non minuit: quin potius magis magisque cumulauit, haud aliter, ac si benefaciendo expugnare vincereque malitiam contenderet humanam sua bonitate: aut eam certando prouocare, ac si ignoscendo, & benefaciendo diceret homini: Tu quod tuum est, tuam in me malitiam & infidelitatem exerce: ego verò tibi bonitatem meam, quae pro malis bona retribuio, opponam: & cerne tunc utrius praeualeat propositum. Vide an ego possim plus tibi benefacere, an tu plus male agere. Reuera sic est, nostram malitiam quantacunque sit, vincit diuina bonitas: plura nobis beneficia, amoris nimirum sui erga nos indicia, impendit, quam sint peccata nostra, tametsi innumera sint nobis & grandia quae commisimus. Quamuis autem cunctis amorem suum communicet, populo tamen huic Iudaeorum singularissima amoris indicia est impartitus, maximisque beneficijs eum fouit.

Bonitas diuina uti nostram vincat malitiam.

*IESUS ODIO QUANTO APVD IUDAEOS HABITUS SIT.*

Contra hunc amorem (vide nunc) quanto habuerunt eum odio iij, qui erant eius dilectissimi, vt sine grandi auersione animi, sine displicentia vehementi absque vulnere cordis & perturbatione, neque videre, neque audire quierint eum, praeterquam in poenis & confusionibus, imo nisi ignominiosissima morte extinctum: ad quae omnia illi comparanda, nunquam satiari, nunquam eorum poterat crudelitas fatigari. Inde fuit vt viso Iesu, doloribus & derisionibus miserabili, nullo commiserationis affectu, sed virulentissimo odio commoti, clamauerint aduersus eum: *Tolle tolle, crucifige eum.* Et in lib. Sap. de Christo loquitur Philo sub persona Iudaeorum: *Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. Factus est in translationem cogitationum nostrarum. Grauis est etiam nobis ad videndum, quoniam vita ipsius dissimilis est alijs.* Et in Psalmo. *Aduersum me latati sunt & conuenerunt, scilicet, inimici mei: tentauerunt me, subsannauerunt me subornatione, frenduerunt super me dentibus suis.* Quomodo autem non fremuerunt dentibus, qui viso Iesu, licet crudelissime flagellato, nullam prorsus misericordiam impederunt, sed clamauerunt: *Crucifige crucifige eum.* Nam vbi & Pilatus ipsis responderat: *Ascipite eum vos & crucifigite.* Ego enim non inuenio in eo causam: ad aliam se conuertunt accusatione Iudaei, clamantes: *Nos legem habemus, & secundum legem*

Ioan. 19  
Sapient. 4

Palm. 34

Ioan. 19

Leuit. 14.

gem debet mori, quia filium se Dei fecit: hoc est, nominauit atque iactauit. Blasphemi etsi lapidandi erant secundum legem vestram o Iudæi, quid vos cum uenitis Pilatum, postulantes Iesum crucifigi? ubi scriptum est, blasphemum crucifigendum? Verum absit ut, quomodo mentimini, Christum dicimus blasphemum: aut quomodo vos dicitis, credamus Christum Dei se filium temerè nominasse: sed credimus eum verum Deum ac Dei filium esse. Pilatum audito Iudæorum sermone, magis timebat quod tam crudeliter tractasset Iesum. Atque idem ingressus, interrogat Iesum unde sit, discere cupiens filium ne sit Dei. At Iesus nulla data responsione, tacuit. Quod Pilato quum displiceret, *Mibi, inquit, non loqueris? tam maximè opus tibi foret gratia mea. An ne scis quia potestatem habeo crucifigendi te, & potestatem dimittendi te? Non habeo,* inquit Iesus, *potestatem super me ullam, nisi fuerit tibi datum desuper. Propterea me tradidit tibi, maius peccatum habet. Habes tu quoque peccatum, sed non tam grande, quàm illi qui me tradiderunt tibi. Inde motus est Pilatus, audiens à peccato non excusari, ut timeret damnare innocentem. Quamobrem querebat dimittere eum. At Iudæi hoc videntes, ad minas se conuertunt, Si dimittis, non es amicus Cesaris. Quicumque enim regem se facit, quomodo fecit ille, contradicit Cesari: & qui hoc punire debuerat, quomodo tu debet, & dissimulans non curat, perspicuum est, ipsum Cesaris non esse amicum. Hos sermones audiens Pilatus, & Imperatorem timens, sedit pro tribuni ad iudicandum.*

Ioan. 19.

## Precatio contra inuidiam.

**M**isericordissime Iesu, qui factus es propter nos opprobrium & abiectio publici, qui exorsus atque vita indignus estimaris, fac nos (quesumus) ab omni inuidia liberos, & ad fraternæ dilectionis officia & compassionis opera, toto corde deuotos, qui es benedictus in secula, Amen.

DE CHRISTI DAMNATIONE.  
Theorema XXI.

## ARGUMENTVM.

**Q**ui vilissimos nos homunciones tanti æstimauit, vobismetipsum in dolores maximos, & in acerbissimam ignominiosissimamque mortem pro nobis tradentis huius mors, ceu nunquam vindicanda, adeo nihil æstimatur, ut ij qui eius mortis erant rei, quasi à Deo propterea benedictionem meruissent & remunerationem, etiam exultent.

IESVS QUANTI VILITATEM HUMANÆ  
Gentis æstimauerit. Concio XXI.

**I**n huius argumenti prima parte aduertere licet, vilitas nostra à Christo quanti æstimetur, pro qua redimenda, licet nihil sibi profutura, (arrogantissimum solus huius est causa commercij) non aurum neque argentum, sed



J. VI  
23

quod omni preciosius est metallo, imò quod creaturis simul vniuersis melius digniusq; est, vitam suam dedit in mortem. Non ignota nobis est vilitas nostra, si modo præ verecundia oculos aperire liceret, ex conceptione, vita, operatione, & corruptione seu resolutione nostri corporis. Nam conceptio hominis qua esse incipit homo, nonne aded impudica, aded vilis, aded denique est erubescenda, vt mundo cordi de hac re ne cogitatione quidem liceat admittere, ne inquinetur? Vita autem nostra nonne immunditijs plena adeoq; sordibus scater, vt quæ munda intra nos recipimus, tanta mox corruptione murentur, vt eadem denuò cernere non absque abominatione & horrore grandi libeat. Et de cibo potuq; quid dicam? Quæ delectabiliter sumitur in corpus, quem paulò post præ fœtore, si euomatur, vix toleramus. Cibus enim seu potus quamlibet accuratè paratus & sumptus, eo tamen fermè ipso momento quo sumitur, ex vasis, cui infunditur, vilitate atque immundicia fit putredo, non tam oculis, quam cogitationi abominabilis. Masticatio, digestio, mictio, purgatio cerebri, venti emissio, egestio, excretio, & reliqua omnia quæ ceu per rimulas corporis singula effluunt, quid aliud quam vilitatè abominationemq; vasis immundi testantur? Item vsus ipse cibi ac potus, sine quo corpus nequaquam subsistere potest, siue nimius sit, siue minus sufficiens ægritudines quantas inducit vili & fragili sacco, id est, corpori? Quamuis autem hominem propria non possit latere vilitas, inde tamen non humiliatur, quod vilitatis superbissimæ dementiæq; indicium est: sed aliunde sibi preciosa comparat, gemmas, vestes, aurum & similia quæ sibi apponit, vt quæ minus honesta videntur, abundantiore honore vestiat. Alienum namque ac mutuatum decorem sibi tanquam proprium vendicat licet frustra ac inaniter gloriatur, quisquis alieno seu in mutuo (hoc est, in non suo) gloriatur. Porro quemcumq; corpori nostro ornatum adhibuerimus, alienus is nobis est, extraneus est, mutuatus est, & de alieno querimus gloriã. Verum hoc ex fatuitate spiritus nostri euenit, qui nondum reformatione, sed plenus est vanitate, tumore, inflatione, ignorantia, præsumptione, ambitione, inuidia, odio, immunda concupiscentia, auaritia, insatiabilitate, mutabilitate, inconstantia: nunc audax, tunc pusillanimis: nunc præsumens, tunc desperans: iam stultè gaudens, mox iterum insipienter mœrens: hic amans atque adulans, ibi irascens & conuicians. Magna sane vtrobiq; & in corpore nostro vilitas, & in spiritu instabilitas. Cæterum quam sint operationes nostræ viles, quam vilia, imò quam praua quoque studia nostra, & prona ad malum, quis explicet? Produntur tamen, dum sincere integreq; confidentes, nosmetipsos accusamus. Postremò anima postquam à corpore est separata, cadaveris quanta est vilitas? quanta resoluti corporis in terra fœditas? Certè dum corporis quod resoluitur putredo detegitur, huius quanta sit vilitas, naribus magis quam oculis sentitur. Iam igitur vide pro huiusmodi saccis fœtore & sorde plenis, pro sterquilino hoc, pro infidelibus nequitiosis, dominus maiestatis, speculum diuinæ claritatis, splendor æternæ lucis, tradidit corpus suum sacrosanctum templum diuinitatis, in manus impiorum in honestissimorum, sanguinem suum mundi precium dedit effundendum in prophano loco Caluarie, animamq; suam thronum diuinitatis & omnium virtutum, subdidit doloribus, angustijs, tristitijs, ignominijs,

Vilitatem suã ex quibus considerationibus homo cognoscit.

Superbia hominis quanta.

Instabilitas humana quanta.

Corporis ac operationum humanarum quanta sit vilitas.

& con-

Iudæorum  
gentem  
quam sin-  
gulariter  
Christus  
honorauit.  
Pfal. 147.

& confusionibus, loquendo secundum iudicium & intentionem hæc inferre-  
tium. Honorauerat autem Christus singulariter gentem illam Iudæorum  
dignitate peculiari exulera, quoniam ipsemet ad illam uisitandam de-  
dit, ex eadem secundum carnem natus est, inter eos conuersatus est, ut illa  
docendo, illisq; subueniendo seruiret. non enim id ipsum omni fecit natione.  
Alijs gentibus per Apostolos salutem prædicandam misit. Iudæos tanti æsti-  
mauit, ut non per nuncium, sed per semetipsum illos doceret.

*IESU VITA QUAM FUERIT IUDÆIS U-  
lis & prope nullius pensi, nobis autem quam necessaria precio-  
sâ fuerit.*

Partis alie-  
rius Argu-  
menti expli-  
catio.

Matth. 27.

Vita Christi  
preciosa  
quam fuerit  
nobis neces-  
saria & Iu-  
dæis exosa.

Ioan. 19.

Ioan. 19.  
Seruitus  
Iudæorum  
perpetua  
uide  
Matth. 27.  
Vxorem  
Pilati fuisse  
a diabolo  
instigatam  
Matth. 27.  
Lotionem  
manuum  
non excu-  
sasse Pilatū.

Iudæi, tam Iesum, quam eius vitam ad eodẽ vilipenderunt, ut eius necem  
eius & minis impetrare, quantumq; in se erat, hanc inferre, ceu rem  
uillissimam, cuius nulla foret cura, quamq; nulla vindicta ulcisceretur, pro  
nihil ducerent. Inde fuit quod tam audacter, quam temerariè, sanguis  
innocentis mortis vindictam sibi & posteris suis imprecantur, dicentes: *San-  
guis eius super nos, & super filios nostros.* Et hic quidem maximus fuit contem-  
ptus preciosissimæ, saluberrimæ, & apprimè nobis necessariæ vitæ Christi  
quæ nisi fuisset, tolerabilius nobis foret, milles propria corporali vita pro-  
uari, aut nunquam natos fuisse, quam ad æternam nostri damnationem uenire.  
Hanc tamen vitam Christi cunctis salutiferam, Iudæi ad eodẽ contempserunt,  
adeoq; sunt exosi, ut pro illius extinctione, salutis abrenunciantes, vltimam  
diuinæ ac perpetuæ tam se quam posteris suos subiecerint, dicentes: *Sanguis  
eius super nos & super filios nostros.* Odium namque Iudæorum erga Christum  
tantum fuit, ut quid tunc diceret: ipsemet nescirent. Pilatus igitur auctori-  
tatem ab eisdem sibi fieri, unde se accusandum apud Imperatorem intelli-  
xit, timens magis homines quam Deum, sedit pro tribunali. Et adducto  
te se Iesu, adhuc pro eiusdẽ liberatione non nihil tentauit, dicens ad Iudæos  
per ironiam loquendo: *Ecce rex vester.* Ecce quem formidatis regem, cuius so-  
licitati inuideris. Nunquid non insignis est & gloriosus quem formidatis?  
Nonne præstans & regio schemate optimè ornatus? Heu vecordiam vestram  
quod misero huic homini parcere non potestis. Responderunt Iudæi: *Tolle,  
tolle, crucifige eum.* Tolle eum ab oculis nostris ad crucem, ad mortem, quæ  
grauis est nobis ad videndum. Ut quid moraris? Semel diximus, non par-  
tos habebis nos, nisi interfectum ac mortuum in cruce viderimus. Quibus  
Pilatus: *Regem, inquit, vestrum crucifigam?* Hoc quanto futurum sit vobis pro-  
bro, non cogitatis? *Non habemus, inquit, regem, sed solùm Cæsarem.* Imp-  
ratoris solius potestatem, ditionem, imperiumq; agnoscimus. In hoc verbo  
quomodo responderunt, ita iuste illis enènit. Perpetuæ enim seruituti se ab-  
dixerunt, quam iuste hætenus ferunt. Misit autem ad Pilatum vxor eius, ut  
abstineret à iusto illo, cuius gratia multa fuerat passa in somno, diabolo  
mirum illam tentante atque grauante, quo per mulierem nostri redemptio-  
nem (quam in Christo vix tandem suspicabatur) impediret, quomodo per  
mulierem damnationem intulerat. Pilatus igitur aqua accepta, lauit manus  
suas, dicens: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.* Noluit in se sanguinis im-  
punit.

ter fusi culpam suscipere, sed in Iudæos detorquere, qui se ad iudicandum cō-  
pellerent. Verùm nihil hæc verba Pilatum excusabant: dixerat enim paulò  
ante, in potestate sua situm, vt vel Iesum interficeret, vel illæsum abire si-  
neret. Verùm Iudæi nihil hic delicti æstimantes, inuidia eos prorsus excæ-  
cante: *Sanguis eius*, inquit, *super nos, & super filios nostros*. Hoc est, propter  
hunc scrupulum nihil timeas Pilate. Hæc conscientia tua, licet paganus sis, er-  
ronea atque nimis stricta est. Quicquid hic delicti est aut esse potest, in nos su-  
scipimus. Esto tu (vt vis) immunis liberq; à peccato. Totum in nos redundet  
& in filios nostros. Est tamen alius quoque verborum istorum adhuc sensus  
(quem nolumus præterire) æquè impius, vt ex furore inuidiæ odijq; letalis  
dixisse intelligantur, se paratos mala quæcunq; euenire possent, potius exci-  
pere, quam illi vitam fauere, vt sit sensus: *Sanguis eius super nos &c.* ac si dice-  
rent: Occidatur, expectabimus quid sit nobis inde futurum: eneniat quicquid  
euenierit, fiat quod futurum est, modo interficiatur: si cui nocitura est eius  
mors, nobis noceat: in nos omne periculum excipimus. Hæc certè impreca-  
tio non impune Iudæis euenit. Post quadraginta namque annos malis vindi-  
que confluentibus circumdati sunt. Capiiebantur, cremabantur, præfocati  
sunt aquis, deuorandi obiciebantur bestijs, ciuitates eorum expugnata vā-  
stabantur: & qui gladium, famem, bestias, aut ignem euaserunt, venditi atque  
dispersi sunt per vniuersum mundum. Pilatus igitur audiens quia in se Iudæi  
reciperent mortem innocentis, adiudicauit fieri petitionem eorum. Tradi-  
dit enim Iesum voluntati eorum.

Sanguinem  
Christi  
quam impie  
Iudæi super  
se imprecati  
fuerint.

Sanguinis  
Christi vlti-  
tio quam  
grauiter  
super  
Iudæos  
venit.  
Lucæ 23.

*IESV VITA SANCTISSIMA ET INNOCE-  
ntissima vt petatur & damnetur ad mortem.*

**H**inc sequitur articulus, qui ita potest formari: Qui tam innocentes  
quam reos morti destinatos, à morte misericorditer liberat, mortis  
nunc subiicit sententiam. Quod innocentes morti destinatos Dominus  
liberet, sic cupis scire, recole Daniælem in lacu Leonum liberatum. Susanna  
quoque castissima tibi in mentem veniat: quorum Dominus intuens innocen-  
tiam inique damnatam, non modò liberauit à morte, verum etiam hono-  
ratiorem quam fuerat ante cunctisq; prædicandam effecit. Quod verò morti  
obnoxij opem tulerit, misericorditer eos à morte liberans, & vitam quam  
debuerant amittere, illis seruans, testatur mulier illa in adulterio deprehen-  
sa, sibi adducta, cuius ipse innocentia atque vereturia (vt est clementissimi  
cordis) compatiens, non à morte tantum liberauit, verum etiam aduersario-  
rum & accusantium præsumptionem (vt pote scribens in terram, vbi vnus-  
quisq; sua duntaxat legere posset peccata) confutauit. Nobis quoque omni-  
bus æternæ morti destinatis, ad eò pepercit, vt innocentiissimus ipse, imò ipsa  
innocentia, mortis sententiam nobis auferret, sibi imponeret.

Dan. 8. 14.  
Daniel. 13  
Morti ad-  
iudicatos  
tam inno-  
cens quam  
reos, mise-  
ricorditer  
à Christo  
fuisse libe-  
ratos.  
Ioan. 8.

*Precatio pro charitate erga inimicos.*

**I**nfunde nobis quæsumus, clementissime Iesu spiritum perfectissime charitatis, quo  
de omni proximo benè sentiamus, & ad omnes homines misericordes compatiem-  
tesq; & debita quæcunq; remittamus, & pro malis bona retribuamus, qui es be-  
nedictus in secula, Amen.

Ec

DE

DE BAIVLATIONE CRUCIS CHRISTI,  
Theorema XXII.

## ARGVMENTVM.

**Q**UINOS in regnum introduxit coelorum sub titulo filiorum ac hæredum Dei, sub patibulo latronum, eiecit extra ciuitatem, ducitur ad locum (vbi flagitiosi puniuntur) ignominiosum.

IESVM AMARE ET LAVDARE, IPSOQUE FINIS  
sit hominis creationis scopus & finis.  
Concio XXII.

**N**VLLI dubium est, non ad hanc vitam nos esse natos tantum, sed ad hanc finem esse creatum hominem, vt creatorem suum cognosceret, cogitando amaret, amando fruere. Finis igitur est creationis nostræ, amare, laudareq; Deum, viuere Deo, & in hoc ad ipsius Dei gloriam eius esse felicitatis participem. At pro dolor dum homo in hoc honore constitutus esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Inobediens factus, Deum eiusq; præceptum contempsit. Quamobrem beatitudo cœlestis ad quam creatus erat, ei præclusa est, sententiæq; mortis super illum data, nunquam Dei regnum introeundi, nisi innocens veniret qui huius peccati non participes, satisfaceret naturamq; vniuersam in se reconciliaret Deo. Ad hoc cum Dei filius vt pro homine satisfaceret, se patri contulisset, necesse erat illum fieri hominem, vt in ea natura quæ peccatum horrat, quæ etiam sententiam atque Dei iram tolerabat, satisfaceret. Venit itaque filius Dei in mundum natus homo, mundo prædicans & sanctæ vitæ exemplar præbens, vt quicumque in illum crederet, non periret, sed haberet vitam æternam. Venit itaque tollere peccata mundi. Venit nos patri reconciliare, inimicitiasq; soluere in sanguine suo, ablaturus à nobis chirographum delictorum, vt nos in filios adoptaret hæredes regni sui constitueret, & in regnum quædam & gaudium suum introduceret. Itaque viles, exosos, morti adiudicatos, sceleratos, furciferos, hoc est, damnationem suam in collo circumferentes, nos in titulo filiorum Dei, quo neque honestius, neque sanctius nobis potest dari nomen, in regnum suum introducit. Nobis enim contigerat, quod in multis sit regionibus, vbi ea seruatur consuetudo, vt malefactoribus ante ad supplicium educuntur, ea per quæ mortis damnationem sibi parauerunt, aut signum supplicij quod commuerunt, in dorso aut collo eorum apponitur. Hoc tamen solitum magis est præcis obseruari temporibus. Inde etiam accidit, vt furibus pro minori furto, leuiori etiam pœna multatis, dum vitæ eorum parceretur, in signum commeriti supplicij cogebantur furcam, hoc est, patibuli seu supplicij genus figuratum, in collo circumferre: quo qui peccati meruissent, nisi magna interuenerit clementia, agnosceretur. Hi quoque furciferi dicebantur, quod apud Comicos vsitatum est, si conuictum qui peccatum

Finis creationis nostræ quis. Psalm. 48. Beatitudinem cœlestem quomodo amiserit homo.

Beatitudo cœlestis quomodo per Christi restituta sit nobis. Ioan. 3. Ioan. 1 & 2. Col. 1. & 2.

Furciferi qui & vnde dicti sint.

quispiam irrogare vellet. Hoc modo nos quoque quamuis triplici morti si-  
mus obnoxij, puta corporali, spiritali, æternæ seu gehennali, temperante se-  
râ tamen diuina iustitia per misericordiam, ne obliuiscamur quid commertui-  
mus, quidue donatum atque indultum sit nobis, in natura nostra furcam  
infernalem seu patibulum, quo fueramus suspendendi, in huius exilij mise-  
ria circumferimus, in quod sub vili titulo proditiõnis & præuaricationis in  
patre nostro Adam sumus detrufi. Est autem furca quam in collo, id est, in  
natura nostra portamus, & in qua perire (si iustè tantû, & non misericorditer  
nobiscû ageretur) deberemus, naturæ nostræ infectio atque corruptio, scili-  
cet malitia, infirmitas, inobediencia, rebellio, bestialis & turpis concupiscen-  
tia, irrationalis iracundia, insatiabilis cupiditas, appetitus vindictæ non mi-  
tigabilis digna confusione elatio, & cæteræ virulentæ passiones innumera:  
quibus spurij & illegitimi conuincimur esse filij eius, qui matrem nostrâ Euâ  
seduxit: & ad id induxit, vt patri nostro & in eo vniuersæ eius posteritati ci-  
bû æternæ mortis porrigeret. Hoc patibulû, hanc mortalitatē, hanc infectio-  
nem, hanc denique malitiæ corruptionem in collo, imò in toto corpore no-  
stro gestamus: verum denuo leuat & exonerat nos Dñs Iesus hoc infami si-  
gno (est enim certissimum transgressionis nostræ in patre nostro iudicium)  
per opposita illis veneranda signa, scilicet sacramentorum & virtutum, quæ  
per gratiam Spiritus sancti propter meritum passionis Christi nobis appen-  
duntur & imprimuntur: quæ testantur nos Dei filios, ciues cælestis Hierusa-  
lem, hæredes Dei, cohæredes & participes Christi esse. Hi sunt tituli, hæc  
sunt nomina & signa honoris & honestatis, de quibus in Apocalypsi Domi-  
nus loquitur & de eo qui vicerit, dicit: *Scribam super eum nomen Dei mei, & no-  
men ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, & nomen meum novum, &c.*

Morti tri-  
plici ob-  
noxium esse  
hominem.

Furca in  
collo hu-  
mani gene-  
ris imposta,  
quæ.

Gene. 3.

Furcam vti  
Christus a  
collo nostro  
abstulit.

Roman. 4.  
Eph. 2.3.  
Galat. 4.  
Apo. 14. 12  
Apocal. 3.

**IESUS QUAM IGNOMINIOSE LATRONIBUS**

*sociatus educitur extra ciuitatem ad locum crucifixionis.*

Contra prædicta verò, quod misericordissima eius dignatione ab illo  
signo ignominioso præuaricationis nostræ leuamur, sub quo rei ostē-  
dimur læsæ diuinæ maiestatis, & morte æterna (si Christus nos non li-  
beraret) digni: non satis visum fuit impijs, Dominum de sua peculiari regia,  
pontificali & iudiciali ciuitate eiecere, in qua erat Dei cultus, Dei templum,  
schola diuinæ legis, sedes regni, sacerdotij, iudicij spiritalis & secularis po-  
testatis: nec satis item erat, vt de sua illum hæreditate, quam sui antecessores  
& patres secundum carnem, fundauerant, construxerant, recuperauerant, v-  
niuersaq; gloria gentis Iudæorum cumulati adornaauerant, extulerant &  
liberauerant, exturbarent, nisi ipsum & ad Caluariæ locum sociatum latro-  
nibus educerent, & (vt nihil ad exaggerationem cum ignominia tum penæ  
eidem deesset) supplicium illi suum ferendum imponerent. Nam vt præci-  
pius inauditusq; crederetur malefactor & iniquorum omnium caput, crucē  
illi, in qua ante fores ciuitatis non aliter atque ante fores domus patris sui e-  
rat suspendendus, in dorso ipsius portandam imposuerunt. Quid quæso  
maioris potuissent illi Infamiae intulisse, quam vt, quod seculis erat inaudi-  
tum, Domino Iesu suam crucem ferre iuberent ad supplici locum? Neque e-  
nim simul crucifigendis id fecerunt duobus latronibus. Et quare illis non

Partis alte-  
rius Argu-  
menti ex-  
plicatio.

Eductio  
Christi ad  
Caluariam  
quam fuerit  
ignominiosa.

Crux soli  
cur Christo  
imposita  
facit.

Ee 2

imposue-

imposuerunt, sed Christo soli imposuerunt crucem suam portandam, nisi quia Christum volebant ceu singularem haberi malefactorem & præ alijs sceleratū: ideo præ alijs omnib. id genus cōtumeliæ eidē fecerunt. Educebatur igitur ingenti cōtumelia Dñs Iesus per mediū ciuitatis, impropertis ignominijsq; vndiq; illi occurrentibus inter blasphemantiū deridentiumq; turbas. Exhibat curuus, vt pote grandis ligni pondere onustus, & cruciati maxime viriumq; defectione exhaustus. Hæc autem patiebatur ab illa ciuitate, quæ omnem gloriam suam, puta maximam, à se & propter se habebat.

Babyloni-  
ca ciuitas  
mystica  
quæ sit.

Liberatio  
de potesta-  
de diaboli-  
quantum fit  
beneficium.

Eductionis  
patrum ex  
limbo ad  
eductionem  
Christi cō-  
paratio.

Christus &  
Salomon  
quam  
sint dispa-  
ri cultu  
tractati.

Verum vt hæc Christi lachrymosa eductio, cordi nostro compansionis & amoris affectum vehementiorem imprimat, considerandum quam graue se, quamq; benigniter ex ciuitate Babylonica, (hoc est, ex eorum collectione qui sub manu & iugo viuunt diaboli, qui damnationis æternæ, qui gehennæ ignis retributionem, qui immundorum spirituum societatem, qui penas recipient ineffabiles) nos recipit atque educit, & in ciuitatem nos suam (hoc est, in vniōnem Christi fidelium, in electorum communionem, in societatemq; prædestinatorum, atq; in familiam electorum, filiorum atque heredum Dei) aggregans introducit: quorum vtrunq; vel solum (hoc est, aliter sine altero, pro ineffabili potest beneficio computari. Verbi gratia. Si de numero confortioq; hominum reproborum segregatum me Deus eripiat à manu diaboli, de captiuitate peccati, de gehennaq; ignis, quamuis non coniungeret electorum numero confortioq; coronandorum, eriperet tamen (quod dixi) immunemq; redderet à pœna damnationeq; nulla alia felicitate remunerandum, quemadmodum pueris ante baptismum decedentibus euenire credimus, nonne pro maximo computare hoc deberem beneficium, pro quo dignas nunquam possem rependere gratias? Aut si nulli vnquam fuisset periculo subiectus, nulli peccato vel originali, vel cuiusque alio, nulli etiam malo obnoxius, promoueret tamen gratis, suscipereq; & felicitatem magnam, nedum ineffabilem, quando item huic benefactori dignas possem gratias agere, quomodo respondebo, aut quando gratus ero vtrunq; beneficium simul conferenti, & mala tam graua atque pœnas pro me propterea sustinenti? Non parum autem ad hoc Christi beneficium, eiusdemque clementiam intelligendam facit, considerare eductionem patrum ex limbo gaudiosam, eorumq; introductionem in Dei regnum illiq; comparare ignominiosam gloriosam (iuxta intentionem inferentium) atque confusione & opprobrio plenam eductionem sub cruce ad montem Caluarie, qua illis hanc obtinuit felicitatem. Meditare præterea eductionem animarum ex statu damnationis & potestate diaboli, in statum gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per baptismum & per pœnitentiæ sacramentum, quam quotidie Dominus operatur & facit: & è regione simul intueri probrosam ipsius atque cruciati plenam eductionem.

Postremò, quia Salomon typum gerebat Christi, compara Salomonis gloriam ad impropertium Christi, & expende quam dispari sint cultu tractati Christus Deus & homo, & rex Salomon, veritas & figura. Vide quomodo Iudæorum regi, dum ad suscipiendum introduceretur regnum, gloria & honoris contulerit Dominus: ipse verò eductus ad patibulum, quæ-

tum sit ignominia atque poenarum passus. Rex Salomon antequam in-  
 troducitur, fuit vnctus: Christus antequam educitur, fuit consputus, at-  
 que inter flagellantium manus errore suo perfusus. Salomon gemmis au-  
 roque coronatur: Christo spinea corona imprimitur. Salomon quamlibet  
 iuuenis & sanus, honoratus tamen, super mulam sedit regiam, vt molliter  
 vehatur: Christus nimio poenarum cruciatu cum totam noctem expendisset,  
 & tremulis vix stare posset cruribus, ad maius tamen opprobrium cogi-  
 tur suum patibulum portare. Salomonem comitantur summus sacerdos  
 Sadoch & Nathan propheta, à quibus fuerat vnctus in regem: Christo so-  
 ciantur latrones, cum eodem crucifigendi. Salomoni assistebat princeps  
 magnus Banaias cum militum legionibus: vt si quis obniti Salomonis vo-  
 luisse propostio, arceretur: Christo adfunt tribunos & cohors militum,  
 vt si quis illum liberare defenderet, aut suppetias ferre niteretur, impedi-  
 retur. Salomoni gratulantur eius mater & amici larabunda voce cla-  
 mantes: *Vivat rex Salomon.* Eius vero inimici, puta Adonias, qui se in re-  
 gem eleuare fuerat conatus, cum sibi adhaerentibus, formidine & cordis  
 angustia premebantur. Porro super Christi morte exultant hostes, mater  
 vero eiusdem, discipuli, & perpauci amici vsque ad mortem tristantur. Rex  
 Salomon cum gloria introducebatur in regnum, & in thronum patris sui  
 collocabatur. Dominus vero noster Iesus Christus cum derisione ad mor-  
 tem educitur, & inter latrones suspenditur. Hæc est igitur gratitudo Iu-  
 daeorum erga Christum, pro beneficijs, pro honoribus, pro delicijs atque  
 opibus, quæ omnia Salomoni Iudaeorum regi Dominus contulerat, ei-  
 dem singulis contraria, puta opprobria, persequutiones, amaritudi-  
 nes, poenas & vestium exspoliationes rependere. Omnia enim quæ siue ad i-  
 gnominiam, siue ad poenam potuerunt excogitare, ei intulerunt. Itaque  
 ad Caluarie locum magna armatorum turba innumeraque populi multi-  
 tudine comitante, suis reindutus vestibus, quo ab omnibus posset agnosci,  
 qui ex facie, sputis & sanguine & liuoribus deturpata, haud poterat, edu-  
 citur. Quod autem studebant vt agnosceretur, non vt cuiuspiam mereret  
 compassionem, fecerunt: sed, vt palam omnibus fieret, hunc, qui pro-  
 pheta magnus fuisset habitus, qui Messias foret & Christus creditus, in-  
 uentum esse magum, seductorem, malefactoremque omnium perniciosis-  
 simum: & propterea Romanis quoque, qui nihili pendunt Iudaeorum le-  
 gem, intolerabilem visum, & ad mortem crucis adiudicatum. Addiderunt ei  
 socios nequam, vt illis in sceleribus aut similis, aut nequior crederetur. Vr-  
 gent, impellunt, eius mortem sitientes, donec viribus deficientibus cunctis,  
 non posset ultra procedere, Tunc enim non miseratione, sed acceleranda e-  
 ius mortis cupidine ducti. Simonem quendam post Iesum crucem por-  
 tare compulerunt. Sequebantur quoque illum mulieres deuote flentes, quæ  
 contemplabantur cruenta Iesu vestigia, audiebant eius singultus ac ge-  
 mitus, videbant, audiebantque tortorum crudelium fremitus, atque  
 clamores, & mœrore grauisimo vulnerabantur. Inter has (nulli dubium  
 est) mater eius erat. Itaque conuersus Iesus, quamlibet in se supra mo-  
 dum infirmus & poenis discruciat, ad mulieres: *Nolite, inquit, flere super*

3. Reg. 2.  
& deinde.

Vestibus  
suis cur  
Christum  
reinduerunt  
Iudæi.

Matth 27.  
Luca 23.

Ibidem.

Ibidem.

me filia Hierusalem, sed super vosmetipsas flete, & super filios vestros. Nam si in terra qui sum vt lignum adhuc viride, tantas pœnas vndique conglobant, in arboribus hoc est, in peccatoribus) quid fiet? Futurum præterea est, vt tanta calamitas vos & ciuitatem vestram premat, vt felices tunc dicantur steriles, quæ non habeant filios, vnde duplici miseria (hoc est, tam pro se, quam pro filiorum calamitate) torqueatur. Tandemque in Caluaria venit locum, vbi myrrham illum voluerunt vino potare: sed vt gustauit, noluit bibere.

Precatio pro sequela Christi.

**D**ilectissime Domine Iesu Christe, da nobis crucem verae penitentiae feruenter amplecti, tuæque passionis vestigia imitando, per viam abnegationis perfectè me te sequi: vt quæ in mundo sunt blanda aut delectabilia, excrematur: & tui amore quaecunque dura & aduersa sunt, desiderijs sitibundis amplectamur, quibus benedictus in æternum. Amen.

DE CHRISTI NUDATIONE AD CRUCEM.

Theorema XXIII.

ARGVMENTVM.

**Q**ui hominem multiformibus vestit donis, omniaque alia propter hominem ornat, hic ab hominibus vestibus nudatur.

IESUS VTI HOMINES DONIS SVIS MULTIFORMI  
vario ornat. Concio XXIII.

Hominem  
quam mira-  
biliter exor-  
nauerit  
Deus.

Mira qua-  
nam fini in  
hominæ.

**N**on puto faciliter capi humano ingenio posse, quanta sint quibus hominem vestiatur atque exornet Deus. Nam quis hominem quid intelligit? Quis nobis animæ vires, memoriam, rationem & voluntatis quis potentias, quis sensus officiaque singulorum nobis explicabit? Nam si corpore tam varia, tam mira quoque videmus, quorum tamen ratio notabit, quomodo animæ intima nobis constabunt? Quis medicorum vniuersum adeo peritus, adeo doctus, adeo ve inuentus est expertus, vt vel corporalis naturaliumque (præter coniecturas quasdam) plenam ausit polliceri, profectumque scientiam? Quam mira, quam stupenda sunt in homine, vt in sumptuosissimo decoctioneque cibi & potus, in digestionem, in separationem optimam vilissimo, in partitionem administrationeque virtutis cuiusdam naturalis, quæ spiritualium membrorum cuius sua & conuenientia preparat atque transmittit, vt ad hepar, ad pulmonem, ad caput & ad lingua quæque quæ illis in cibo sumpto congrua inueniuntur, singulis singulè diuidens? Quis nobis horum scientiam certam (vt de ratione horum quæ sic ordinata sint, taceam) adferet? Videte complexionem conditionesque hominum tam varias, quam multas, atque nunquam prorsus conformes, aliam multa, quorum rationem reddere non possumus. Adde iam animi inclinationes, passionem, virtutes, desideria, intentiones, eorundemque medullas atque



penitissimos motus, quomodo horum multa prorsus sunt nobis abstrusa, ut nos ipsos quoque non cognoscamus, sed is solus intelligit ac planè videt, qui condidit nos, utpote qui scrutatur corda & renes, Deus. Postremo meditare dona interna & externa, hoc est, tū animi, tū corporis, ut vix sit homo quin singulare habeat aliquod donū, cæteris nō in eadē vbertate cōmune. Vestit itaq; nos & ornat Deus omnibus ijs ad nostrū decorem, ad virtutem, ad potentiam, ad operationem, ad eruditionem, ad actionem, ad refectiōnem, & ad requiem: nec nos tantum sic ornavit, verū etiam cuncta quæ creauit, propter hominem creauit, dans eadem homini in cibum, in potum, in ministerium, & solarium. Contemplare cælum & tetram, & inquire, propter quē cælum tanta stellarum pulchritudine, quanta varietate ornatum sit: terra verò cur tam multiformi paradiso & voluptate hortorum, pratorum, vallium decoretur: aut fundus terræ quamobrem tam abunde mineris metallorum & gemmarum multifariamq; locupletatus sit, & comperies cuncta simul ab hominum amatore propter hominem esse creata. Propter te ò homo ingratus, creator tuus, amator tuus, vestiuit atque ornavit cælum stellis, stellas vario distinctoq; lumine, lumen influentia, influentiā virtute, virtutem mirabili operatione, operationem verò varijs commodis homini congruentibus: adeò ut nihil sit otiosum, inane, infructuosum inter opificia mirabilia artificis tanti: Itaque ò homo, propter te creauit, composuit, vestiuit, exornauitq; Deus omnia: huic tamen tu sicut omnium es creaturarum charissimus, ita inter opificia vniuersa es ingratisimus: ideò autem vestiuit, atque ornavit omnia, ut eorum vestes atque ornatus & quicquid illis inditum est, tibi seruiant, tuāq; sint vtilitati subiecta atque parata. Neque enim propter angelos hæc creata sunt, qui terrenis haudquaquam egent: neque propter bestias, quæ est egent, non tamen eius sunt dignitatis, ut propter illas Deus cætera condiderit: quandoquidem corruptibiles sunt & irrationales, nullam Dei habentes cognitionem. Quapropter quia terrena omnia, quæ secundum Gregorium nihil aliud sunt quam corporis indumenta, in decorem, in vtilitatemq; hominis condidit Deus: tuum erit omnia hæc non aliter ac munera & indicia benevolentis amatoris tui agnoscere. Non solum autem propria, verū etiam aliena hoc modo accipere debes: ita enim fiet, ut aliena quoque tibi propria, & nonnunquam magis tua sint quam alteritis cui largita sunt, utpote quando negligit ea dona, aut non ad laudem vtitur creatoris. Quæ ut clarius liqueant: descende ad singula: vel vnum singulatim excutias: quo cætera quoque fiant notiora. Vide corpus tuum quod dedit Deus animæ pro vestimento, quomodo vestierit hoc vestimentum, quomodo exornauerit. Corpus certè ornavit membris, membris indidit vires, sensus, & singula officijs distinxit. Sensibus parauit varia obiecta, obiecta vestiuit innumeris proprietatibus oblectantibus. Verbi gratia: Visui prouidit obiecta multifor-

Dona Dei  
interna &  
externa  
homini  
quanta sint  
collata.

Omnia pro-  
pter homi-  
nem esse  
creata.

Gregorius.

Corpus  
hominis  
quam mira-  
biliter Deus  
vestierit  
atque exor-  
nauerit.

Matth. 6.  
Lucæ 18

fidibus

Animam  
humanam  
quomodo  
Deus vesti-  
rit ac orna-  
uicit

Elementa  
quomodo  
Deus exor-  
nauicit pro-  
pter homi-  
nem.

Partis alte-  
rius Argu-  
menti ex-  
plicatio.

Nudatum  
ac spolia-  
tum fuisse  
Christum  
multipli-  
citer.  
Matth. 13.  
Lucæ 11.  
Ioan. 18.  
Matth. 27.  
Luc. 23.  
Ioan. 9.  
Marci 19.  
Matth. 27.  
Ioan. 19.  
Matth. 21.  
Marci 15.

Palm. 11.  
Psalm. 68.  
Matth. 27.

fidibus ex metallo aut intestinis animalium, in calamis, fistulis, cymbis &c. Et ita de singulis sensibus dici possit. Veruntamen secundum aliorum considerationem, animam humanam vestiuit potentijs ac viribus, virtutibus tam scientiarum quam virtutum. Verbi gratia: Intellectum scientiarum sapientia & deiformi fide; memoriam, cogitationibus mundis atque vtilibus & spe æternorum liberum arbitrium, dilectione diuina. Sic quoque vni ornauit virtutibus, virtutes operibus, opera meritis, merita præmijs. Imo imperfectiones virium nostrarum ornauit sacramentis, sacramenta gratijs, gratias, gloria. Nec tamen putes q̄ naturā humanā solam Deus ornauit, ac vestiuit, verum etiam ornauit elementa & alia corporea, idq̄ propter hominem. Verbi gratia: tellurem arboribus, arbores folijs & fructibus, cæles quaque floribus, flores verò odoribus, coloribus & pulcherrimis figuris. Simili modo fructus decorauit. Et hæc possent extendi sic in infinitum.

*IESVS UT OMNI SUO VESTIMENTO SPO-  
liatus, nudatus, & velut omnium hominum abiectio  
factus sit.*

**C**ONTRA hoc verò, quod tam nobiliter vestiuit, ornauit, dorauit & significauit nos Dominus, ipse omni tegumento spoliatus, nudatus & velut opprobrium hominum factus. Ante quidem semel exutus est vestimentis, scilicet ad flagellationem, & coronationem, & reditus: modo verò ante crucem nudatur, vestes non resumpturus. Considera verò, Dominum Iesum (iuxta hoc quod supra dixi, quod libet quod aliter in decorem vel vtilitatem, eius dici vestem) multipliciter esse nudatum & spoliatum. Si quidem spoliatus est exultatione sua, quam habuit ac habebat in fructu doctrinæ suæ & miraculorum: quando quidem vbicumque perterant, æmuli sui illa peruertebant iniquè calumniantes coram populo, & potuissent alioqui & debuissent inde ædificari. Spoliauerunt eum discipulis incipientes magistrum. Spoliauerunt honore, fama, inique accusantes & tentantes ante iudicem. Spoliauerunt decore vultus, cedentes a lapidibus maxillæ eius, & vultum conspuentes. Spoliauerunt venustate & integritate teneræ atque pulcherrimi corporis cædentes illud flagellis. Spoliauerunt dignitatem coronam illudentes: spoliauerunt vitam, ipsum crucifigentes. Nitebantur inter omnia grauissimum est & crudelissimum) ipsum quoque spoliare civitate, si potuissent, id est, ut animam cum corpore simul interimerent, impropertantes & illudentes in cruce pendenti, quasi ei qui frustra in Deo confideret, quo spem eius nitebantur extinguere. Quod etiam impropertantes in eundem finem verba hæc loquerentur, ut postea sequetur: *Consultat in Diabolo: et eum si vult:* diabolus tamen eorum instigator hæc verba illuc ordinabat. Hinc iam manifestum est, Iesum in omnibus contemptum, illudum, spoliatum, in quibus nos honorauit & nobis benefecit. Cibum potumq̄ præ nobis in consolationem & refectioem dederat. Ipsi verò cibum qui ministrabatur, virtute refectioem priuatur ac nutriendi: potus, refrigerandi spoliatur virtute: vestimenta, ne contegant, adimuntur: & hoc modo singula suo ad quem sunt creata, spoliantur. Si quidem cibum ipse felle & aceto

fecerunt, & ante crucifixionem myrrha eius potum amaricauerunt. Nudatus est igitur omnibus non solum vestibus, sed vnde cunq; consolationem aut requiem habere potuit. Atqui in nudatione corporis præter verecundiam quam in oculis deridentium patiebatur, graues acerbosq; etiam sustinuit dolores ex vulnere reuouatione, dum lanea vestis vulneribus cruore agglutinata auellitur.

precatio pro paupertate spiritus.

**I**esu mitissime, fac nos pauperes spiritu vereq; humiles, qui nostri contemptum diligamus, quæ mundi sunt fastidiamus, omnemq; defectum, omnem penuriam & necessitatem cum perfectissima patientia, hilaritate & gratiarum actione tui amore libenter sufferamus, qui es benedictus in secula.

DE IESU CRUCIFIXIONE.

Theorema XXIV.

ARGUMENTVM.

**D**ominus Iesus corpus suum tenerrimum, laceratum, saucium, liuidum, nudum, atque indefensum, ad pœnas obtulit crucis, his qui intus furoris immanitate, foris verò armorum strepitu erant crudeles.

IESUS VTI CORPVS SVVM TENERRIMVM,

lacerum, saucium, liuidum, indefensumq; crucis confixioni obtulerit. Concio XXIV.

**D**e crucifixione Domini parum habemus, quod ab Euangelistis nobis traditum sit. Hoc enim solum recensent. *Crucifixurunt eum, & cum eo duos latrones, medium autè Iesum.* O quam breue verbum, & longum ingenisque martyrium. O immane supplicium, quam paucis verbis enarratur. Denique ex sacra scriptura incertum est, in terra cruce iacente, an erecta Dominus crucifixus sit. Certum est tamen, lachrymabili Dominum Iesum vultu crucem suam sibi vidisse parari, puta stratum, lectumue doloris sui, in quo debebat (quomodo voluit) mori. Non obscurum est quoque Dominum ad crucem paratam vltro accessisse, tortoribusq; in omnibus obedisse, brachia super cornua crucis vltro posuisse, & aperuisse manus, easq; obiecisse clavis perforandas. Crucifixi sunt autem illum viri iniqui, & ab omni misericordia aheni, extensis interim eiusdem brachijs, cruribus, manibus pedibusq; distento quoque corpore toto, & compagibus ossium solutis. Perforauerunt ei manus & pedes crassis clavis obrutisq; quibus corpus ligno astrinxerunt crucis. Possumus autem pro crucifixionis huius descriptione duos tresue nobis formare articulos, in quorum similitudinem deuotissimus quisque multo sibi formare potest plures. Itaq; primus sit articulus Manus, quaæ cœlos, terram maria & quicquid in his continetur, fecerunt: clauo perforata, affiguntur cruci. Ista sunt manus, quaæ non solum opera, sed operantes

Matth. 27.  
Marci 15.  
Lucæ 23.  
Ioan. 19.

Crucem  
quam vo-  
luntarie  
Christus  
ascendit.

Crucifixi-  
onis arti-  
culi tres.  
Manuum  
Christi per-  
foratio.

Ff

etiam

Operatum  
fuisse Chri-  
stum non  
solum subli-  
mia, sed etiã  
humilia.  
Matth. 13.  
Marci 6.

Manuum  
Christi vir-  
tus quanta.

Ioan. 9.  
Matth. 8.  
Luca. 17.  
Marci 7.  
Matth. 4.  
Marci 7.  
Ioan. 6.  
Ioan. 19.  
Ioan. 6.

Pedum Chri-  
sti genera-  
tio.

etiam faciunt, & operantium opera faciunt: quarum propterea omnia ope-  
ra sunt, quia ab illis vt opera ab alijs fiant, operandi gratia, facultas & con-  
datur. Istæ sunt manus, quæ ad humilia quoque opera humanæ facultati sub-  
iecta se inclinauerunt. Quemadmodum enim conijci licet ex eo quod hinc  
improperauerunt ei secundum Matthæum, quod filius esset fabri, & secun-  
dum Marcum quod esset faber: verisimile est, ipsum siue patri putatio, siue  
matri, etiam cooperando adiutorium, operantem suam contulisse, quæ  
sublimia & supernaturalia manibus illis tantum opera congruebant. Oportet  
militatem manuum ineffabilem, quæ stellas fulgidas firmamento cœli  
fixerunt: quæ terram gramine viridi, lilijis candidis, rosis rubeis, floribus  
ruleis, purpureis, croceis, varicoloribus venustarunt. Hæ sunt manus, quæ  
terram incultam intus varia nobilitate gemmarum, foris verò innumera  
fertilitate fructuum, arborum fructuum: intus, argento & alijs metallis  
ris, herbis odoriferis atque salutiferis dotarunt. Hæ manus solem rutilan-  
tissimam, lunam splendens, planetas micantes: & (quod his omnibus præfati-  
est) animam rationalem, sed & spiritus cœlestes, deiformes, nostri intellectu  
captum sua puritate, pulchritudine, nobilitate ac essentia super gradibus  
formauerunt. Manus hæ omnia nobis bona tribuunt, omnia faciunt, omnia  
prouident. Ex his manibus omne fuit bonum, oritur & conseruatur. Nun-  
quam malum potuerunt patrare. Per has patri offertur quicquid bonum  
offertur. Harum manuum eleuatio ad Deum, acceptior ad exaudiendum, ef-  
ficacior est ad impetrandum, quam omnium sanctorum & creaturarum  
orationes, siue opera: vtpote à quibus nulla fiant bona Deo grata, nisi  
manuum istarum virtutem. Hæ sunt manus, quæ illuminauerunt cecos, qui  
mundauerunt leprosos, quæ surdis auditum, mutis reformauerunt eloqui-  
um, quæ daemones è corporibus, ab hominibus morbos depulerunt. Inter  
has manus septem panes multiplicati, quinque millia hominum satiauerunt.  
Hæ manus pedes discipulorum lauerunt, aquam in vinum, panem in carnem  
non quamcunque, sed quæ dat vitam mundo, id est, quæ dignè se sumere  
vitam æternam confert, muta uerunt. Hæ manus tam sanctæ, tam dignæ  
innocentes, tam virtuosæ, seu potentes, tam liberales, tam laboriosæ, tam  
miles, tanquam malefactoris ligantur, torquentur, ligno crucis onerantur  
& tandem extensæ & perfossæ, affiguntur patibulo crucis, haud secus  
nunquam ad bonum, semper verò ad malum fuissent expansæ. Verum dicitur  
benedictis manibus factis sit dictum.

Sequitur iam secundus articulus in hunc modum. Crura, quæ circum-  
feruntur personam, id est, hominem, qui cum verbo est vna persona (quod  
licet corpus & anima in vita manserint vnita, per mortem verè fuerint sepa-  
rata, semper tamen vtrunque Verbo vnitum mansit vna persona) portan-  
t: cui & in cuius nomine omne genu flectitur, cœlestium, &c. Crura quæ  
gestant creatorem cœli & terræ, per quem visibilia & inuisibilia facta sunt  
crura quæ se Deo patri in laudem & gratiarum actionem & pro nobis ad  
separationem inclinauerunt, & quæ profundissima atque deuotissima humi-  
litate sub onere crucis in amarissima pœna incuruata sunt: Crura, quæ  
nobis fatigata sunt in prædicationis discursu: hæc iam super ligno crucis  
penduntur, genua quoque & compages distensa soluuntur: perfossa  
crura

cruci affiguntur: & hoc tanquam pro arrogantia, quasi ea nunquam se Deo humiliauerint, aut ad compatiendum pro hominibus sese fatigauerint. Verum hæc de affixione corporis Iesu dicta sunt. Nam de eius extensione hic potest formari articulus tertius: Qui in natiuitate sua paruulus tener esse, atque in angusto præsepi locari voluit in fine vitæ suæ crudeliter, miserabiliterq; per omnia membra in cruce est extensus. Certè cuius magnitudo non solum orbe terrarum, verum etiam ne latitudine quidem cæli potest contineri, hic se aded fecit paruulum, aded exiguum, vt in natiuitate sua inuolato, clausoq; virginitatis sigillo, claustra materni conporis exiret in mundum: natus verò in arctum poneretur præsepium. Tam paruulum igitur se faciens, tam humilemque subinde se gerens, & nihil de hoc mūdo ambiens, vnde meruit quæso extēdi & discruciarī? Nā quū hæc pœna ijs solis debeat, qui quū nihil sint, aded tñ inflātur aded se magnificiūt, vt (quæadmodum dici solet) oēs arctare, omnes in sacco contrudere moliantur: quid ad Christum hæc pœna, qui nihil terrenum ambiuit? Nonne se in profundum super terram vsque ad stabulum iumentorum, ante pedes bouis & asini se humiliauerat, descensus etiam ad infernum propter hominem liberandum, cuius tamen celsitudinem & maiestatem ne supremus quidem Seraphim potest attingere? Vnde ergo commeruit ad crucem figi, vel crucifixus super terram trahi, vel ad ignominiam in altum in cruce eleuari? Compara nunc cætera quoq; infantia suæ ad hunc locum, panniculos scilicet pauperes, variamq; indigentiam corporis infancilis ac teneri, & nuditatem ac angustationem eius in cruce: lac virgineum, & fel amarum: iubilum, laudemq; cantantium angelorum, & derisionem exprobrantium Iudæorum condemnatorumq; latronum. Vide quomodo in noua natiuitate paruuli, nouum lumen in noua stella ad illuminationem gentium, puta trium Magorum, ortum est: modo verò cum idē Dominus exiturus de hoc mundo per mortem, adultus & vir occiditur, magna cæli lumina sol & luna sunt extincta. Hoc autem contigit illis in signum, quia Iudæi lumen huius mundi verum atque viuificum extinguere nitebantur, per quod omnis, eorum sapientia, omnis scientia, omnis dignitas, tam spiritualis, quam secularis, occideret. Verum, vt redeamus ad causam, Dominus Iesus vbi extensus, vbi est cruci affixus, apposuit super eius caput Pilatus titulum, causam significantem crucifixionis: *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Ioan. 19 Iudæi indignatione moti, quod hæc scriptio non Iesu, sed sibi cederet in infamiam, instant apud Pilatum, vt titulum mutet. At ille persistens in sententia, nihil mutare voluit, dicens: *Quod scripsi, scripsi.*

## Precatio pro spirituali crucifixione.

**M**iseri cordissime Iesu, omnia quæ in nobis sunt, & nos ipsos totos cruci tuæ, imò tibi ipsi confige, vt memoria, voluntas, cor & anima nostra tota in te sola sint. maneantq; in vulneribus tuis cruci & tibi affixa, & in te solum omnia tendant, cunctaq; eant desideria nostra, qui es benedictus in secula. Amen.

## ARGVMENTVM.

**Q**ui clementissimus, potentissimus & beneficentissimus est, erga etiam ingratos, qui ignoscens ac benefaciens nemini impropert, hic pro suis etiam collatis beneficijs non solum ingratitude, verum etiam contumeliam exprobrationemque calumniosam sustinet.

*IESVS QVANTAM CLEMENTIAM ET  
misericordiam exhibuerit suis inimicis & crucifixoribus.  
Concio XXV.*

**D**E Christi clementia, potentia ac beneficentia minus est, quicquid dicitur, quam dici potest. De hoc enim omnibus compertum est, pro-  
nere, nam singulariter velle explicare, quid misericordiarum Dñi tibi  
quid ibi erogauerit, infinitam esset rem aggredi. Hic dicendum est tamen  
pro prima huius argumenti parte, quid in cruce fecerit, quomodo clementer  
inter crucifigentium manus neque contineret, neque abscondere potuit. No-  
dum pro crucifixoribus suis orat patrem, dicens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt*  
*quid faciunt*: quid aliud nobis ostendit, quam infinitam, immensam, in-  
tamque clementiam suam, non solum erga hos suos persecutores, verum etiam  
nos etiam omnes? In his namque verbis nobis fiduciam tribuit, quam si solus  
pro nobis oret aduocatus nunc ante Deum patrem, & mediator constitutus  
quando in terris ipse adhuc infirmitatem & dolores sustinens, tam potens  
pro inimicis & crucifixoribus suis orauit. Oravit itaque pro crucifixoribus  
ac si diceret: Clementissime pater tamen in cruce ab hominibus suspectus  
accuserique tanquam is qui & te & imperatorem terrenum blasphemauerit  
tu scis tamen quod mediatorem & reconciliatorem me, quomodo constitutus  
sti, ita me tibi offero, *Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Cur hæc verba  
xii, nisi ut agnosceremus quam sedulo quam clementerque pro filijs & electis  
oret, quam tam misericorditer pro tortoribus orauit?

Iterum clementiam ostendit benignissimam, quando latroni ut  
memor esset oranti, quando in regnum venerit suum dixit. *Hodie mor-  
eris in paradiso*. Hic enim latro fide illuminatus, oculis internis fide plus in-  
lexit, quam oculis vidit. Ideoque Christum in eadem sibi tam ignominiosa  
pœna coherentem inuocauit. Quasi diceret: Quamuis in pœna nobis firmis  
atque in scelere (salua tua innocentia reuerentia) habearis æqualis, propter  
enim inter nos medius suspensus es: tamen haudquaquam te sceleratum  
credo, sed Dei filium, quem sol, luna, aliaque cœli lumina quæ mortem  
tuam lugent, testantur. Huius autem rationem quoque aliam video, quo-  
niam illis te deridentibus ac blasphemantibus, tu oras pro eis & exteras  
& c.

Clementia  
saluatoris  
quam sit  
immensa.  
Luca. 13.

Oratio  
Christi pro  
crucifixori-  
bus quid  
nobis insi-  
nuct.

Luca 13.

Ibidem.  
Latro vnde  
Christum  
agnouit.

& excusas eos. Non potest hæc virtus in esse homini scelerato, neque tanta patientia nisi in homine inueniri sancto. Nolunt quidem tui æmuli, vt Iudæorum scribaris rex, quando etiam tam calumniose interim tibi improperant regium nomen. Sed ego aduerto veri regis hæc esse indicia, mori Innocentiæ regiæque virtutis indicia in Christi quæ excusare. Hæc sunt innocentia regiæque virtutis indicia. Quapropter rogo, *memento mei dum veneris in regnum tuum.* Verum quid illi respondit Dominus? Nihil crudele, nihil durum, nihil denique minatur, sed sinum illi expandit misericordiæ: *Amen, inquit, dico tibi quia hodie mecum eris in paradiso.* Magna est fides tua, & eos qui tribus prædicationem meam annis audierunt, superas. Me enim confiteris, qui ante me nunquam nouisti, & nunc confiteris, quando amici mei dereliquerunt me, quando armatus quoque in mei persecutionem est vnuerfus mundus. Propterea dico tibi, non post multos annos, sed *hodie mecum eris in paradiso.* Vtilius tibi erit mecum fuisse in pœnis, quam si in throno iuxta Cæsarem sedisses imperiali. Nam quomodo tu fide singulari audes me confiteri & prædicare, ita ego præmio te donabo præ alijs etiam excellentiori. Primus enim omnium eris meorum electorum, qui post mortem non videat inferni captiuitatem: præcedam enim te, & signo crucis meæ protegam te, vt nullum sentias impedimentum, sed liber e-  
 uoles ad me in meum paradysum. Quis digne huius cordis pietatem, quis clementiam benignissimi redemptoris nostri satis prædicet? Verum nondum omnia pietatis eius studia recensui. Nam quantæ fuit pietatis, quod matrem quoque videns in amaritudine animæ suæ, atque in dolore plusquam mortifero sibi astantem, ipse quoque cruciatu & doloribus plenus, non tamen dolore villo potuit in obliuionem matris cor eius nobilissimum induci, vt in extremo vitæ suæ non haberet curam matris. Nam omnium aliorum membrorum velut impotens, ea quæ libera potuit mouere, in eiusdem impendit obsequium. Oculis namque inspexit, corde ei compassus est, lingua commendauit. Hæc enim sola habuit libera. Dixit enim eam videns sub cruce stantem: *Mulier ecce filius tuus.* Deinde dicit, quem diligebat, *discipulo:* *Ecce mater tua,* clementiam benignissimi cordis sui commonstrans, quantum sibi videlicet curæ foret, ne mater sua omni orbata solatio viueret. Qui igitur clementissimus & beneficentissimus est, quod etiam iam iam in cruce moriturus monstrat, beneficiorum suorum calumniam sustinet & exprobrationem.

Innocentiæ  
regiæque  
virtutis  
indicia in  
Christo quæ

Luca 23-

Ibidem.

Fides la-  
tronis ma-  
gna.

Latroni  
privilegium  
singulare  
datum quid.

Pietas Iesu  
erga ma-  
trem quanta.

Ioan. 19.

**IESV UT OMNIS POTENTIA. CLEMENTIA,**  
*beneficentia fidelitatis, sua illi in cruce pendenti*  
*exprobratur.*

**I**mpijssimi Iudæi, Pontifices, Pharisei, Scribæ & Seniores, quomodo alijs sic infirmis in extremis constitutis, vt boni ad consolandos confortandosque eos conueniant amici, conuenerunt ad crucem, ad deridendum impropriumque Christo omnem fidelitatem, clementiamque ac beneficentiam. Nam primò eidem exprobrauerunt potentiam fictam, iactatam, *Partis alterius Argu-  
menti explicatio.  
Potentiæ Christi exprobratio.*

ff 3

atque

- atque præsumptam, quasi qui posse aliquid se præsumpsisset, aut de se id credidisset, qui nihil potuisset. Improperant igitur ei infirmitatem & impotentiam, dicentes: *Vah qui destruis templum Dei, & in &c. Saluum fac templum, id est, adiuua te ipsum, ac si dicerent: Si tantæ es virtutis, merito prælijs te ipsum iuuares. Quod vbi non potes, palam est alijs te quoque nihil contulisse. Item: Si filius Dei es, descende nunc de cruce, & credimus tibi.* Hæc tamen illudentes dicebant, quasi rem magnam æstimantes descendere de cruce, qui tamen illum non posse credebant. Si vis inquirunt, vt tibi credamus, descende de cruce. Si Christus descendisset, nonne magum dixissent? Scribæ quoque ac sacerdotes alterutrum dicebant: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere?* Magnam potentiam, magnam virtutem de se iactauit, tanquam omnipotens: verum nunc probatur ipsius infirmitas, quine sibi quidem, cui haud dubium maximè velit, potest succurrere: quo perspicuum est, nec alij potuisse. Secundo, improperauerunt ei vilitatem & dignitatis regie temerariam vel ambitionem, vel vindicationem, quando dicebant: *Situ es rex Iudeorum saluum te fac & nos:* Ac si dicerent: Si es rex Iudeorum, quem te iactas saluum fac te ipsum & nos. Item Pontifices & Scribæ: *Si rex Israel est, descendat &c. & credimus ei.* Ac si dicerent: Ipse extulit & gloriatus est se non solum regem Iudeorum, verum etiam omnium regum regem Christum, (ita enim Marcus insinuat) modo liquet quis sit, qui vt latronum princeps, medius inter latrones crucifixus pendet. Volebat in thronum regum & in solium regale se locare: at modo pendens, descendat (si potest) de patibulo. *Christus Israel descendat de cruce, & credimus ei,* ac si dicerent: Nunquam credere possumus te regem Israel esse, pendentem in cruce. Quid enim tibi & regibus cœmune? quid patibulo ad thronum regum? Si vis vt credamus, descende de cruce. Non solent reges nostri in cruce pendere. Sed vt scripturæ nostræ prædicant Salomon rex noster thronum regum parauit, cuius non esset similitudo in vniuersis regnis: & non solum thronum, verum etiam palatium incomparabiliter preciosum. Salomon noster hortos & vineas omni genere nobilium arborum plantatas coluit: habuit familiam multam seruorum & ancillarum, duodecim millia equitum, & quadraginta millia equorum & curruum: aurum & argentam sine pondere & vltra mensuram, diuitias regum & prouinciarum inauditas.
- Vbi tua sunt pallatia? vbi hortus? vbi delicia? Nunquid Caluaria est hortus deliciarum? nunquid crux lectus eburneus? latronum furca nunquid thronus est regalis? vbi milites? vbi serui? vbi tota denique familia tua? nunquid piscator filius Zebedæi? vbi vinum Cypri & pocula aurea? num accensæ & spongia? Salomon noster & cæteri reges, socios habuerunt & amicos regni terræ omnes circum habitantes, tu verò socios habes latrones. Reges nostri honorati sunt ab omnibus, non illusi: Et si quandoque contumeliam passi sint aut derisionem: iniuria hæc Deo ordinante mox est vindicata: quemadmodum Dauid de Nabal, Ammonitis & Semei, Salomon quoque de suis inimicis, vltionem acceperunt. At verò, vt nos credimus omnes, tu à nemine non derideris, vt pote opprobrium factus omnium. Omnes contra te vociferant, omnes tuam mortem clamant. Non est qui pro te zeletur, qui tuam calamitatem doleat, qui pro te vindictam expetat, quod procul dubio fieret, si is esset.

Ambitio  
regie digni-  
tatis  
Christo im-  
properata.

1. Para. 8.

2. Para. 9.  
Inter Chri-  
stum & Sa-  
lomonem  
collatio.



is effes quem te profiteris. Tertio, exprobrauerunt ei quasi iactantiam nobilissimi ortus, qui filium Dei temere se gloriaretur & false, cum ignobilis & inhonestæ mulieris esset filius illegitimus. Quæ quidem opinio ceu hæreditaria vsque in nostra tempora apud Iudæos deriuata est, puta vt iniquè de Maria virgine sentiant. Dicebant ergo: *S filius Dei es descende de cruce*, ac si dicerent: *Si filius Dei es &c.* quod si nequueris, iam non Dei filium, sed ex fornicatione natum te intelligimus. Quarto, exprobrauerunt ei iactantiam veritatis, velut ei qui mendax inueniretur, puta cum obijcerent ei, quod dixisset se filium Dei & Christum regem, posse se templum destructum triduo reedificare: & tamen nihil horum esset verum, vt pote qui nihil posset: quod præcipue inde manifestum fieret, quia de cruce non descendere posset, nec de extrema pœna mortis, quando nullus hominum est nec vlla creatura, quæ non omnem laborem subeat, omnem facultatem expendat pro redemptione vitæ, se liberare. Inferunt ergo quod sicut sibi tribuendo diuinitatem sit meritus: (quia diuinitas omnipotens est, à qua longè abesse conuincitur, cum se à morte non possit liberare) ita in cunctis quoque alijs operibus ac verbis suis, deceptione, fallacia, dolo, fictione, ac mendacio vsus, mendaciter inaniterq; se magnificauerit. Deinde etiam exprobrationem fictæ clementiæ aut falso iactatæ, à perfidis cogitur audire, idq; eo tempore, sicut supra dixi, quando maximam est clementiam elargitus. Vnus enim ex latronibus qui cum Iesu pendebant, blasphemabat eum quoque, dicens, *Situes Christus saluum fac te ipsum & nos.* Alter tamen illum increpans. *Nequetu*, inquit, *times Deum*, sic loquens, *qui in eadem damnatione es*, spiritum redditurus ei quem blasphemas? *Nos quidem digna factis nostris & que meruimus patimur: hic vero nihil mali gessit.* Et conuersus ad Dominum Iesum, quomodo supra dictum est: *Memento*, inquit, *mei dum veneris in regnum tuum.* Cui Dominus maxime pronus ad misericordiam: *Amen*, inquit, *dico tibi hodie mecum eris in paradiso.* Ita q; & Iudæi & alter ex latronibus, pro multis magnisq; beneficijs, quæ circa eorum infirmos Iesus egerat, quæ sola potuerunt fieri virtute diuina, non gratiarum actiones laudesve, vt debebant, sed contumelias derisionesq; respondent. Nam id quod ex veritate pietatis ac clementiæ factum fuerat, fictionis, hypocrisis, & falsitatis in simulant. Vnde quod Christo impropert. *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere*, dicere volunt: Videri voluit hic pius, qui omnibus opem ferret, ac nihil pietatis, sed fictionis nimium habuit, ac præsumptionis. Nam si alios, multo magis semetipsum vellet, si posset liberare. Id ipsum criminofus nequam à sinistris Iesu pendens, Christo impropert. *Si tu, inquit, es Christus*, &c. hoc est, *Si es Christus qui creditur dignissimus, omnipotens ac pijsimus saluator*, ostende nunc potentiam & clementiam tuam erga te ipsum simul & nos. Nunquam enim ira necesse fuit, pietatem exercere subueniendi vt modò, nunquam adeò opus fuit saluatore vt modo vbi si auxiliùm paululum fuerit prorogatum, perimus qui opem flagitamus: Manifestum est, si non subueneris modo, te nunquam verè, sed apparenter tantum saluasse. Ideò iustè inter nos medius, vt caput deceptoru, pendes. Hic enim sensus aut valor est verborum latronis, quem Christus aut loquente latrone, aut instigante diabolo, clarius intellexit. Contra hoc impropert.

Iactantia  
nobilissimi  
ortus  
Christo ex-  
probrata.

Math. 27.

Iactantia  
veritatis  
Christo ex-  
probratur.

Clementiæ  
Christi ex-  
probratio.

Lucæ 23.

Ibidem.

Math. 27.

Lucæ 23.

Pietas Chri-  
sti crucifixi  
in cõparabi-  
lis.

Spes sua  
quomodo  
Christo ex-  
probrata.

Matth. 17.

Matth. 27.

Christus  
quam vilis  
iudicatus à  
Iudæis.

properium in cruce maximam & incomparabilem exhibuit pietatem Christus: quippe qui idem non descendit de cruce, ut saluaret non hos aut istos, sed omnes. Et idem sustinere voluit mortem, ut mors sua omnibus esset vita. Exhibuit autem hanc clementiam palam ante oculos derisorum suorum, pro tortoribus ac inimicis orando, atque eos apud patrem excusando, latronum quoque penitentem à dextris non modo veniam, sed paradisum sine mora, quam si ceteris illum præferens sanctis patribus, promisit & dedit. Nouissimè autem ad desperationem illum trahere niterentur. Euangelistæ quidem parum de irrisione Domini locuti sunt, quæ tamen tam varia, tam multiplex & diuina fuit, ut incredibile sit cogitari. Opera verbaque eius calumniabantur, & inuisum quam dixerat, detorquebant, Quæ non fuerat locutus, fingentes impingebant. Illudebant quoque in pœnis, quod cuius miserabili graue est. Nisi non compati sibi miseros torquet, quantum torquet in doloribus atque rumnis etiam exprobrari atque illudi? Verum ut redeam ad id quod dicere coeperam, Domino Iesu confidentiam quoque deridendo auferre moliebatur. Ei namque qui spes est cunctorum fidelium quippe qui ex hominis indicio, ex omnipotentia diuinitatis, ex merito innocentissimæ passionis iustissimæque vitæ suæ, securitatem nobis præfert sperandæ salutis, abiecta & reprobrata est sua fiducia ab inimicis ad desperationem ipsum trahere conantibus. Idcirco enim blasphemantes dicebant: *Confidit in Deo, liberet eum nunc* vult. Ac si dicerent: Potest quidem præstolari diuinum auxilium, at frustra. Quis quidem ob suam præsumptionem confutandus à Deo derelinquitur. Adiecerant autem, *Dixit enim quia filius Dei sum*. Eia, inquiunt, ironice quomodo pater filium suum derelinquet: idem spe sua non est frustrandus. Verum filius Dei est, ipse Deus est: nec patris eget auxilio, cum ipsemet Deus sit & omnipotens, qui semetipsum liberet. Exprobrant autem, non solum spem à Deum, verum etiam in sanctos: siquidem dum clamaret, *Eli, Eli, lama sabachthani*, ut postea sequetur. Eliam assumabant ab eo inuocari. Vnde aduertent licet, quam vilem, quam sceleratum Iudæi inuidia cæcati, Christum iudicauerint, ut illius quoque vanam esse spem & inuocationem tam ad Deum quam ad Eliam decernerent: quando nemo est sceleratorum adeo malus, nec adeo desperatus, qui deterreatur, imò qui non etiam instituat, ut Deum à sanctos inuocet, nullatenusque de Dei bonitate desperet.

#### Precatio pro vera confidentia.

**C**lementissime Iesu Christe, infunde nobis perfectissime confidentia donum, in te sperantes, tibi confidentes, ab omni abstinemus uolucto, & in tuo continuo versemur beneplacito. Scis piissime Deus pignora nostra, quamuis sine te nec possumus, nec sumus: idem de nobis prorsus dissidentes, in te nos propinquamus, qui es benedictus in eternum, Amen.

## DE CRUCIPENDENTIA DOMINI IESU.

Theorema. XXVI.

## ARGVMENTVM.

**C**hriftus qui ministros suos Iudæorum reges, eosque qui fuitypum & figuram gerebant, varijs extulit dignitatibus atque honoribus: ipse tamen qui veritas est atque dominus omnium, afflictionibus, doloribus, anxietatibus, opprobrijs, derisionibus & ærumnis innumeris afficitur propter nos, dum nimium nos diligit.

*IESUS VT AB OMNIBUS CVM INTERNIS,*  
*tum externis queratur se consolationibus derelictum.*

Conco. XXVI.

**E**gredimini nunc filia Hierusalem, & videte regem Salomonem in diademate, Cant. 3.  
quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius & in die letitiæ cordis illius. Iuxta literam haud dubium est, de Salomone olim Iudæorum rege, hoc dictum esse, qui dictus est rex pacificus, quoniam bella nulla gessit. Verum magis congruè intelliguntur de Domino nostro Iesu Christo, qui à matre sua nouerca, hoc est, synagoga Iudæorum spinis est coronatus: in die desponsationis eius, hoc est, quando sponsam sibi adopravit Ecclesiam: & in die letitiæ cordis illius, quando inter omnia tormenta & cruciatus quæ tunc sensit, fuit illi dies illa dies lætitiæ, propterea quod hominum redemptionem quam summopere affectabat, & cuius gratia venerat: tunc operabatur & consummabat. Pacificus  
Vocatur autem reuera pacificus, utpote qui pacem non solum obseruauit, verum cur verè vocetur Christus.  
etiam fecit, inter Deum Patrem & humanam naturam mediator hominum factus, quod vel tunc in cruce præsertim consummavit. Atque propterea nos inuitandi ad compatiendum & ad gratias agendum, audimus: *Egredimini filia Hierusalem*, id est, animæ deuotæ, &c. Verum magna vtrobiq; intercedit differentia inter istum & nostrum Salomonem, inter figuram & rem: siquidem illic ad ea quæ gaudij sunt, hic ad ea quæ sunt mœroris, contemplanda inuitamur Nam Salomon ille rex terrenus, quanto honore, quanto gaudio, quanta vniuersi populi exultatione, gratulantiumq; omnium lætabunda ad Deum gratiarum actione coronatus atq; exaltatus sit in regem, quantaque gloria, potentia, diuitijs, imperio, familia, sapientia & delicijs omnes reges antecesserit, libri Regum & Paralipomenon testantur. Modo comparationem duntaxat faciamus ad paupertatem, opprobrium ac passionem Christi. 3. Re. 1. 2. 3.  
Rex Salomon adulteri & adulteræ fuit filius, non per adulterium natus, 2. Par. 1. 2.  
sed quia adulterium eius parentes sociauerat, & conjugij illis præbuerat occasionem: & tamen delicatè in palatio regio educabatur ad dominandum: 3. 4. &c.  
Christi ad Paupertatis Christi ad  
Dominus verò noster Iesus Christus, Dei & purissimæ Virginis filius, in magna paupertate & asperitate vitæ educabatur in exilio, ad seruiendum. Salomonis gloriam collatio.  
Salomon vinctus, aureoque diademate coronatus, cum magno applausu populi

Gg

intro-

- introducitur ad sedendum in throno patris sui, qui alibi etiam thronus Dicitur: Christus verò flagellatus, spinis coronatus & illusus, ignominiose ducitur, ad patibulumque suspenditur crucis. Salomoni omnes blandiebantur & adulabantur, laudantes illum: Christus, nisi illudentium & in se furentium, nullas audiuit voces. Salomoni cuncti reges vestes preciosas, vasa aurea, & alia munera offerebant: aded vt eius suppellex omnis ex auro esset, argentumque nullius precij reputaretur: Christo verò econtrariò vestis humilitati non fuit qui vnā guttam aquæ porrigeret: (quum tamen quicquid in se habuit sanguinis, pro nobis effudit, vt ab æterna fici nos liberaret) propinquauerunt autem ficienti myrrhatum vinum & acetum felle mixtum. De voluptate sua Salomon ipse in Ecclesiastè loquitur, & ex alijs scripturis constat, quam magna fuerit valde, vt inde liquet, vbi de mensa, de conuiuio & vxoribus & concubinis eius, quarum numerus fuit circa septingentas, fit sermo: At Christus in tenero corpore suo nihil voluptatis, nil oblectationis habuit totus doloribus, pœnis ac liuoribus plenus. Verùm oppone Christi pœnis delicias Salomonis, vt magis ad compassionem mouearis: & vide quantum differat sedere & pendere, in mensa sedere, & in cruce pendere: in mensa sedere preciose vestitum, in cruce pendere nudam: in mensa ferculis & delicijs referta conuiuari, & in cruce sitire, nec præterquam fel. & acetum aliquid gustare aut habere: in mensa cantores & cantatrices, & omne genus musicorum, & quicquid lætificat animum, audire: in cruce inter angustias morborum derisores contumeliosos laceffentes, & quicquid contristare posset, pati. Quanta hæc sit differentia, nemo est, qui ignoret. Salomon in omnibus sensibus delectabatur: Christus per omnes sensus affligitur. Salomoni quotiescunq; cibus inferebatur, triginta maldri similæ, sexaginta maldri farinæ, triginta pingues boues, centum arietes, præter ea quæ ex venatu offerebantur, & altilia, tantam enim habuit familiam. At mundi creator & dator cibi Dominus noster, solus pependit in cruce, in qua tanquam in veru corpus eius affatur in cibum seruorum suorum, sanguisque eius in porum effunditur: sed tamen habuit vnicam guttam aquæ, qui vinum & aquam cunctis proinde abundanter. Porrò quantæ voluptatis in sensu tactus Salomon potitus sit, mille mulieres, quarum fouebatur complexu, probant. At Dominus noster quam voluptatem senserit in tactu, testantur clauis ferrei, manibus pedibusque infixi, corona spinea, vulnera & liuores flagellati cruentique corporis, aurum lignum crucis in dorso, Rex Salomon ab omnibus fuit laudatus, cunctis qui aduenerant, eius magnificentiam, opes, statumque regium admirabantur. At pius Iesus ab omnibus fuit derisus, aded vt vilissimis quibuslibet è populo subannare, illudere, caputque in illum mouere liceret. Nam multos quoque diuidebat Christi vestimenta, illi parabant derisionem, quasi dicerent illudentes Rex est maximus, vestimenta eius nos regia habebimus, quæ nos deridabimur ex parte.
- In istis itaque doloribus ac pœnis omnibus dum ex omni parte, in omnibus sensibus ac membris terqueretur, & nusquam haberet vnde consolationem refrigeriumve reciperet, clamauit ad patrem: *Eli, Eli, lamaz abba mi: Hoc est, Deus meus, Deus meus, quid dereliquisti me? Subtraxerac enim*

Derelictio  
Christi in  
cruce qualis  
fuerit.  
Matth 27.

**P**ater quoque Domino Iesu consolatione, ut humanitas nihil quod ad pœnæ pertineret mitigationem, quomodo martyres receperunt, susciperet. *Ut quid dereliquisti me?* Quomodo factus sum tibi tanquam abortiuus, proiectus, mortuusque à corde? Non autem à Patre tantum derelictus est, sed etiam à seipso. Vociferabatur enim verba hæc non solum persona Filij ad Patrem, sed humanitas quoque ad diuinitatem, anima Christi ad verbum, natura humana ad personam diuinitati vnitam. Nam quomodo vna est operatio Patris & Filij, idemque consensus, ita vna fuit etiam hic consolationis subtractio. Idem igitur erat dicere, *Ut quid pater me dereliquisti?* & *Ut quid ego dereliqui me?* Fuit autem verborum sensus huiuscemodi, quasi diceret: Quomodo amor ad eum me superauit, ut propter miseram, vilem & ingratham creaturam, in tantum me proieci cruciatum & in tam ignominiosam mortem? Hæc autem verba Dominus exclamauit. Cur clamauit? Nonne Pater vel desiderium æquè ac clamorem intelligit? Clamauit ut audiretur. Tot millia ibi hominum erant, quos audire voluit atque attendere. Quasi diceret: *Qui habet aures audiendi audiat.* Ita hic nos attendere voluit, in quantâ calamitatem & desolationem nostri amor ipsum præcipitauerit. Ascenderat namque in altum, ut ab omnibus videretur: clamauit ut à nemine non audiretur: addidit quoque lachrymas, ut homo compungeretur atque compateretur. *Sic enim Deus* (dicente Euangelista) *dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret: ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Itaque dum hæc dixisset, aliud mox verbum dixit: *Sitio.* Verè sitiebat Iesus, quia sanguis humorque vniuersus ab eo manas, illum exiccauerat: non tamen præcipue ob corporalem sitim hoc clamabat verbum. Præuidebat enim sibi sitienti non potum præbendum refrigeratiuum, sed fel & acetum, eiusque inimicos, propterea soluendos in risum ex huiusmodi illusione. Volebat igitur aliam sitim indicare, amoris scilicet, quam sitibundo nos desiderio amaret. Quomodo enim siticiens propter æstum cupit potum in se trahere, ita ipse amans, nos in cor suum trahere optabat: hoc est, desideria, cogitationes, affectus, omnesque animæ nostræ vires interiores. Ita amabat enim, quasi felicitas sua penes nos foret constituta, cum nullo omnium egeat. Nos verò absque eo esse non possumus, tantum abest ut illo non egeamus. Quod igitur nos amat, ex sola eius bonitate manat atque misericordia. Nos verò illum amamus etiam ex necessitate. Quamobrem ipsius amor, verus est, puta, amor amicitiae, quo non solum sua, sed seipsum quoque impendere optat nobis. Quod etiam ut possit, hoc est, ut non tam misericorditer quam iuste possit, meretur, id est, meritur operatur in nobis, cui se debeat. Propter hanc sitim & propter æstum amoris, quo se in pœnas offert propter nos, passionem suam calicem vocauit. Quando ergo dicit, *Sitio*, intelligi voluit dicere: Quamuis calicem passionis ô Pater ebiberim, quem mihi ebibendum præbuit, adhuc tamen sitio, adhuc plura pro hominibus pati desidero, si paternæ id tuæ placuerit voluntati. Porro si hoc verbum ut Iudæis locutus sit accipimus, nihilo secius eius desiderium exprimit patiendi. Emisit hoc verbum quasi diceret: Ea quæ in prophetis & psalmis de me scripta sunt præcipue in psalmo xxi. impleuistis atque consummata sunt, nisi quod psalmo sexagesimo octauo de me scriptum est: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto*, adhuc implendum restat iuxta literam. Videtur

autem sic loqui, quasi voluerit Iudæis in memoriam, quid de se scriptum fuerit  
reducere.

*IESUS UT IN EXTREMIS VITAE CONSTI-  
tutus siti aruerit, felle atque aceto potatus sit.*

Articulus  
de siti Iesu  
notatu di-  
gnus.

Exod. 16.

Num. 20.

Ingratitu-  
do Iudæo-  
rum quanta

Exod. 13.

**C**irca hanc Christi sitim non incongruè huiusmodi articulus forma-  
tur: Is qui Iudæos vt potaret sitientes, aquam de petra eduxit, quique  
isdem aquas amaras, ne præ siti deficerent, immisso ligno dulces re-  
didit atq; potabiles, in extremis vitæ constitutus atque siti arelcens, non ha-  
buit qui aquæ sibi guttam porrigeret, habuit verò qui fel acetumq; ministra-  
ret sitienti. Hic articulus quamuis vt sermone deduceretur singulari, non in-  
dignus foret, paucis tamen vt intelligatur, potest explicari verbis: idcirco  
hunc eundem sermonem artabimus. In Exodo legimus, quomodo diurno  
populus Hebræorum pro aquæ penuria murmuraret siti laborans, eduxerit  
illis per Mosen Dominus aquam de petra in Raphidim refocillaueritq; siti la-  
borantes. Simile quid in Numeris legimus, quomodo sitientes eosdem aquas  
de petra in deserto Syn educta, refecerit. Vide igitur nunc, quantam suo  
benefactori Iudæi ingratitude rependant. Sitebant illi, & bis ipse Do-  
minus, quo eos molestia leuaret, aquam de petra eduxit sitientibus. Neque  
nimis piecas eius ditina admittere potuit, siti populum suum diutius affligi  
quin miraculo etiam illi prouideret, vt petra arida profunderet aquas.  
Sciebat quidem futuram Iudæorum erga se ingratitude, qua post mu-  
ltos annos erat retaliandus, puta vt quomodo illis aquam, quæ naturali  
modo obtineri non poterat, è petra eduxit, ita illi postea in cruce sitienti-  
bus à pijs hominibus sibi datum ebibentes essent substracturi, aquam in-  
dentes negaturi, fel & acetum ministraturi. Licet enim acetum à multis  
referatur Christo propinatū, Iudæis tamè acceptū referendū est, quicquid per-  
secutionis Christo in illorū gratiam irrogatum est. Vide etiam quam appo-  
sité pro beneficio persecutionem, malumq; pro bono ingratisimi redde-  
runt. Cum Hebræorum gens in Marath ad aquas sitiret amaras, propter  
quod nemo illis per amaritudinem posset vti, ostendit eis lignum: quo aqua  
immissa, versa sunt in dulcedinem. Eadem nunc gens congrua solitaque  
ingratitude respondens Christo sitienti, liquorem quemuis potabilem  
subtrahit, felleum ministrat. Hæc inquam quamuis præsciret Dominus, re-  
hilominus tamen in deserto ijs sitientibus, quæulantibus, atque adeo  
murmurantibus, potum dedit.

*Precatio pro Dei perfecta dilectione.*

**C**hriste Iesu misericordissime & clementissime, per amorem tuum immensum  
obsecramus te, & per cunctas miserationes tuas, aufer a nobis omnem pro-  
ptum vitiosumq; amorem, & tuo nos amore potentissimo seruentissimoq;  
imple vt tedeat nos cuiuscunque gaudij, quod est sine te, & delectet nos omni labore  
est pro te: in nulla re aliud queramus nisi te: & plenissima fide & dilectione nos dile-  
gantes & relinquentes, projiciamus in te, qui es benedictus in secula Amen.

DE DOMINI IESV CHRISTI MORTE.  
Theorema XXVII.

## ARGVMENTVM.

**V**itæ autor, atque ad eò ipsa vita Christus, postquam omnia consummauit, tradidit semetipsum propter nos in mortem.

**I**ESVS VITAE TRIPPLICIS DATOR POSTEAQUAM omnia consummauit, mortem appetijt. *Concio XXVII.*

**T**riplicem esse vitam, omnes nouimus: naturæ, gratiæ & gloriæ. Vitam nos habere naturæ à Domino Iesu, manifestum est. Ipse enim Dominus est vitæ & mortis, ipse est qui homini dat vitam. *Verbo enim Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Porro in terra & mari quid est quod Dominus non fecit? Ad eò autem hominem fecit, vt propter ipsum omnia alia faceret, propterea illi per Psalmistam dicitur: *Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boves vniuersas, insuper & pecora campi.* Ad utilitatem hominis, ad seruitium, ad sustentationem, ad exercitium denique creata sunt omnia. Non est quod mireris, cur hoc illud ve creatum sit: nec dicas. Si propter hominem creatum est, cur tanquam perniciosum ab homine interimitur? Quomodo in utilitatem hominis, quomodo propter hominem creatum est, quod homini contrarium est, quod homini nocet? Noli admirari, si nescias. Scit enim opifex ille summus quare creauerit, & quis sit fructus illius: Omnia enim eiusdem faciunt imperium. Placent nimirum ea quæ tibi in cibum, quæ in potum, quæ in ministerium, quæ ve in solatium creata, atq; ab optimo omnium creatore tibi data sunt. Non displiceant quoque quæ tibi molesta, quæ contraria sunt, quæ tibi aduersantur, quæ te postremò persequuntur, atque vitam tollere nituntur. Neque enim & hæc quoque absque fructu sunt, quandoquidē vt ita essent, propter te creata sunt. Quando enim te humiliares, quando Creatorem tuum agnosceres, quando infirmitatem atque insufficientiam, imbecillitatem, egestatem tuam agnosceres, nisi essent quæ timeres, & contra quæ creatoris indigeres protectione? Hæc igitur vt doceant te ne intumescas, creata sunt. Si discere volueris atque erudiri, non erunt tibi absque grandi fructu. Sed dicit quis Si Isidoro est credendum, multa hic genera enumerat serpentum, quorum quidam morfu, quidam sibilo, nonnulli flatu plerique visu inficiunt interimuntq; quosdam tetigisse, occidit. Nunquid & hæc aliaq; animalia pestifera, noxia, atque homini inimica, vt indicia diuini amoris beneuolentiæq; signa accipiam? His enim tam immundis virulentisque bestijs dari potestatem in me, puto iræ auersionisq; diuinæ potius esse argumenta, quam gratiæ. Cui respondendum puto: Est vt hoc iam ita concedam, sint offensionis, iræque seu ultionis diuinæ signa. Vnum tamen ex te quero, cur Deus irascatur

Gg 3

homi-

Isidorus.

Vitæ tripli-  
cis datorem  
esse Chri-  
stum.

Psal. 32.

Psal. 8.

Creatæ esse  
omnia, etiã  
aduersantia  
ad hominis  
utilitatem.

Peccatum  
quid.

Matt. 22.

Ira Dei vt  
ex amore  
procedat.

Gratiæ vi-  
ta quæ.  
Luca 15.

Gloriæ vi-  
ta quæ.  
Iob. 17.

Ioan 16.  
Luca 23.

Ioan. 7  
Ioan 10  
Mors cur  
Christo a-  
mariõr quã  
ceteris ho-  
minibus  
fuit.

homini. Nil potest respondere aliud, quam propter peccata. Interrogo quid sit peccatum. Dicis mihi, in obedientia transgressio quæ diuini præcepti. Iterum interrogo, quod summum præcipuum quod sit Dei præceptum, quo pendeant reliqua. Nihil respondere potes à Christo diuersum, sed quomodo ipse inquit, hoc esse maximum præceptum. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* iam igitur ex te quaero. Velle amari ab aliquo, neque prodesse potest amans, neque nocere odiens, id quod solus propter occasionem detur eidem beneficiendi ex beneuolentia, an hoc sit amoris indicium nec ne, præsertim si etiam irascitur is qui amari vult, propterea si non amatur. Quid hic respondes? Nonne cogis hic fateri, iram eiusmodi quod dignum atque indicium esse amoris: imò quo grandior est ira erga nos amatores, eo maior est amor desiderans nos esse amantes, quo beneficiorum numerus exhibeamus dignos. Inde ergo conficiendum est, Dominum Deum tuum amatorem ex amore propter te omnia creasse, non ea sola quæ tibi placeant verum etiam quæ displicent. Conuenientia tibi dedit, quibus ad amorem tuum inuiteris. Contraria atque horribilia propter te creauit, quibus conuenientiam si quando è via amoris exorbitas. Omnia igitur propter te creata sunt, in salutem & in utilitatem tuam, creata atque donata sunt.

His omnibus vita Christus propter te dedit vitam, vt te seruaret in vita. In qua inquis, vita? Non in illa quam cum eisdem bestiis habes communem sed in vita gratiæ. De hac vita, sacra scriptura plena est. Nam & Christus in parabola loquens de filio prodigo, ubi illius pater poenitentem atque reuertentem ex peccatis recepit, dixit fratri eiusdem seniori: Gaudere te oportet illi, quia hic frater tuus iunior mortuus fuerat, & reuixit. Mortuus fuerat morte naturæ, sed peccato: reuixit autem vita gratiæ. Vtriusque vitæ largitus est Christus, imò si de posteriori vita loquimur, vita gratiæ scilicet Christus ipsemet est vita animarum nostrarum. Hic tamen semetipsum dedit in vitam naturalem, vt vitam nobis (quæ tertia est vita) gloriæ compararet. *Est autem vita aeterna*, inquit ipse ad patrem, *vt cognoscant te verum Deum, quem misisti Iesum Christum.* Hanc nobis in cruce comparauit. Nam vniuersa quæcunque facere debuit, fecit, puta vitæ exemplum monstrando, docendo, signa, & miracula faciendo, promittendo, beneficiendo, malis morando, omnia quoque, quæ verus & perfectus exposcit amor, exequendo. Quod id sit in cogitatione, siue in opere, aut quomodocunque fieri aut potest, debuit, dixit: *Consummatum est.* Post quod verbum immediate iterum mans voce magna: *Pater, inquit, in manus tuas commendo spiritum meum, &c.* dicens, *inclinato capite, tradidit spiritum.* Hæc erat illa hora, de qua Euangelista dixerat: *Nondum vixerat hora eius.* Et de qua ipsemet quoque dixerat: *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam & iterum sumo eam.* Posuit animam suam in morte, quam solus pro nobis omnibus gustauit. Cum ineffabili nimis & incomprehensibili dolore tradidit spiritum. Nemo aestimare potest nemo etiam gustare, quantam poenam senserit Christus, dum sensibus carnis adhuc in suo vigore constitutus, animam emisit, longè enim aliter moritur, atque ipse mortuus est, morimur. Nos enim paulatim antequam anima recedat, in membris morimur, sensibusque amittimus, atque tandem vltimò anima recedit. *Mors Domini nostri Iesu Christi, sit nobis vita salutis quæ per*



petua. Post Domini mortem terræ motus factus est, velum templi scissum est, petra rupta sunt, impletumq; est quod Dominus Iudæis in templo dixerat, admonentibus vt pueros clamantes, *Osanna benedictus qui venit in nomine Domini arceret*, prohibens illis clamorem laudis. *Si inquit, hi tacuerint, lapides clamabunt*. Ita factum est. Nam in eius morte dum illum nemo confiteretur, terra tremens & petra se diuidentes, illum prædicant. Hinc dum de cruce Iesum & latrones paulo post vellent deponere, & Pilatus illorum iussisset frangi crura ne euaderent, fractis amborum latronum cruribus dum ad Iesum venirent & viderent eum mortuum, omiserunt quidem eius frangere crura: sed vnus militum lanceam validè in latus Iesu infixit, vnde exiuit sanguis & aqua. Et sero Ioseph ab Arimathia cum Nicodemo Iesum depositum de cruce, sindoneq; inuolutum atque conditum aromaticibus, sepelierunt in sepulchro nouo, vbi nemo ante Iesum fuerat sepultus.

Ioan. 19.

## Precatio pro morte vitiorum.

**B**enignissime Iesu Christe, qui propter nos amarissimam mortem sustinuisti & nobis hic feliciter mori vitijs atque concupiscentijs omnibus malis, & tibi soli viuere: da nobis per mortis tuæ consummationem ab omnibus peccatis nostris expiari, & in fine vitæ nostræ animas nostras, mox vt egressæ fuerint, requiem tecum sempiternam absque vilo impedimento recipere.

*Qui es benedictus in secula,*

*Amen.*

*Beneficiorum Iesu Christi, Libri*

FINIS.



D. IO.